E. De Navel-ſtrengh.

F. Dat gedeelte van 't ruyge-vlies, 't welk die opper-vlakte bekleet, die na de Lyf-moeder ziet, en daar mede vereenigt is.

F. Een gedeelte van het vlies *Amnios*.

De II. FIG: Wyſt ons aan het afbeeltzel van de nageboorte van een onvoldrage, en ontrent twee maandigh Schepſeltje, 't welk na 't vergaan of ſmelten van 't Schepſeltje, nogh in de Lyf-moeder is blyven ſitten, alwaar het metter tyd door 't inkrimpen van de Lyf-moeder meer en meer is komen geperſt en verhard te werden; en hier door is 't, dat het niet minder als een nageboorte komt te verbeelden.

A. Des Moer-koekjes uyterlyke weſen.

B. Een opening van my door de ſchaar gemaakt, om in de holligheyd te konnen zien.

C. Een gedeelte van 't geronne bloed 't welk in de inwendige hals van de Lyf-moeder heeft geſeten, en ſigh hier als een ſteeltje opdoet.

Aanmerkt ondertuſſen, dat het Schepſelke van die ouderdom ver-


Thes: v.
Tab: II.
Fig. 1.
2.
3.
1.
A
B
C
D
E

aut reſoluto, placentulam ut & membranas ejus ſæpe multo ſanguine obducti, unde ſecundina juſto major eſſe videtur, pro ratione Embryonis.

TABULA II.

FIG. I. Exhibetur Caput oſſis femoris ſerra diviſum.

A. Pars glabra, exterior, cartilagine incruſtata.

B. Pars interior oſſeo-ſpongioſa.

C. Pars exterior ſinuoſa, nulla cartilagine obducta.

D. Lamella oſſea, quæ admodum tenuis, & ab una parte vix apparens.

FIG. II. Monſtratur juvenis portio oſſis femoris ſuperior, duabus apophyſibus (mihi Apophyſibus ſpuriis) ſeu trochanteribus, deſtituta.

A. Dicti oſſis portio ſuperior, ſerra diviſa.

B. Pars eminens minor, à qua, coctione, receſſit, trochanter minor.

C. Cervix oſſis femoris, à qua caput dicti oſſis ſerra eſt divi-

vernietigt of geſmolten zynde, het Moer-koekje en vlieſen met veel bloed gemeenlyk beſet zyn, waar door de nageboorte ſeer veel grooter en dikker ſchynt te weeſen, als zy inderdaad is.

Verklaaring vande II. PLAAT.

De I. FIG: Stelt ons voor ooghen het afgeſaagt Hooft van een Dye-been.

A. Het gladde, en uyterlyke deel, 't welk met kraakbeen bekorſt is.

B. Het inwendige Sponcieus-beenighe gedeelte.

C. Het buytenſte en groevige deel, met geen kraakbeen omvangen.

D. De uyterlyke vaſtbeenighe ſchille des beens, dewelke zeer gering zynde, aan de eene zyde naulykx te zien is.

De II. FIG: Wyſt ons aan het bovenſte gedeelte van 't Dye-been van een Jongh, dogh volwaſſen Perſoon, 't welk van de twee *Trochanteres* of alzo genaamde uytwaſſen (die ik Baſtaart uytwaſſen noem) ontbloot is.

A. Het opperſte afgeſaagde gedeelte van 't geſeyde been.

B. Het kleenſte uytſteekzel, waar van, door 't koken de kleene *Trochanter* afgeweken is.

C. De hals van 't Dye-been, waar van het Hooft is afgeſaagt, om

diviſum, ut interius oſſeo-ſpongioſa ſubſtantia ejus, ut & lamellæ tenuitas optime appareant.

D. Lamella oſſea, quæ ab uno latere perquam tenuis & fracturis anſam præbet eo loci.

E. Oſſeo-ſpongioſitas cervicis oſſis femoris.

FIG. III. Exhibetur Trochanter minor, qui coctione receſſit à verâ oſſis parte.

FIG. IV. Repræſentat partem ſuperiorem Cranii infantis, in cujus cavitate relicta eſt dura mater, cum ſuis Arteriis, ceracea materia rubra repletis.

A. Portio ſuperficiei exterioris Cranii.

B. Arteriarum curſus per duram matrem.

C. Earum curſus à latere, proceſſus falciformis ſub Fontanella.

D. Sinus proceſſus falciformis.

E. Falx.

om alzoo het inwendige Sponcieus-beenigh weſen, als mede de dunheyd vande vaſtbeenige en uytwendige ſchille te konnen zien.

D. De geſeyde beenighe ſchille, die aan de eene zyde byſter dun is, en oorſake geeft tot het ligt breken des beens op die plaatſe.

E. De Sponcieuſe beenigheyd van den hals van dit been.

De III. FIG. Verbeelt de kleene *Trochanter* die door het koken is komen af te wyken van 't waare deel des Dyebeens.

De IV. FIG: Wyſt aan het bovenſte gedeelte van de Herſſen-panne van een kleen Kind, in wiens holte nogh vaſt ſit het harde Herſſen-vlies, met deſſelfs ſlagaderen, die met een rootwaſſighe ſtoffe opgevult zyn.

A. Een gedeelte van de buytenſte oppervlakte vande Herſſenpanne.

B. De Cours deſer Slagaderen door het harde Herſſenvlies.

C. Derſelver cours langs de zyde van 't Zeyſen-wyſe uytſteekzel onder de *Fontanella*.

D. De Groeve van de Zeyſenwyſe uytſteek.

E. De Zeyſen.


TKES. V.
TAB. III.
Fig: 1.
Fig: 2.
Fig: 3.
Fig: 4.
Fig: 5.
A
B
C
D
E
F

TABULA III.

Exhibet IV. Figuras, quarum

FIG. I. Indigitatur infantis Oſſis Sacri, Caudæ & ultimæ vertebræ, portio, ſuntque in duas partes diviſa & lateraliter hic viſa.

A. Portio corporis vertebræ infimæ Lumborum.

B. Pars interior oſſeo-ſpongioſa.

C. Cavitas inter corpus ultimæ vertebræ Lumborum & primæ Oſſis ſacri.

D. Spatia inter corpora vertebrarum oſſis Sacri, cavitates mentientia & ſucceſſive magis magiſque diminuentia.

FIG. II. Lit. A. demonſtrat portionem Spinæ dorſi in duas partes ſecundum longitudinem diviſam, & à latere viſam, idque ex infante.

Litt. B. B. Corporum vertebrarum interior ſubſtantia oſſeo-ſpongioſa.

C. C.

In de III. PLAAT,

Werden vier Figuren gevonden, waar van de

I. FIG: Ons vertoont een gedeelte van 't Staart, en Heylig been, als mede een deel van 't lighaam van het laaſte Wervelbeen vande Lendenen, en werd dit alles in twee deelen na de lengte verdeelt zynde, op zyde gezien.

A. Een gedeelte van 't lighaam van het laaſte wervelbeen van de Lendene.

B. Het uytwendigh en Sponcieus-beenige gedeelte.

C. De holte tuſſchen het lighaam, van de laaſte Wervel-been der Lendenen, en eerſte van 't Heiligh been.

D. De ſpatie tuſſen de Laghamen der Wervel-beenderen van 't Heylig-been, dewelke ook wel eenigſints holligheden verbeelden, egter geen holligheden zyn, en ziet men ook datſe van boven af ſucceſſivelyk minder en minder daar na gelyken.

De II. Fig. Letter A. vertoont een gedeelte van de Rugge-graat van een jong Kint, 't welk in twee deelen na de lenghte geſcheyden is, en zydelings kan geſien werden.

Lett. B. B. De inwendige ſponcieus-beenige ſubſtantie der Wervel-beenderen.

C.C

C. C. Cavitates inter corpora vertebrarum ſitæ.

D. Spinalis Medullæ portio.

E. Ejuſdem integumentum, continuans cum dura matre.

F. F. Proceſſus ſpinoſi cartilaginei.

FIG. III. Lit. A. Deſignat corpus vertebræ ejuſdem ſpinæ, ſeorſum viſum.

B. Ligamenta, inter gemina vertebrarum corpora ſita, & lamellatim diſpoſita.

FIG. IV. Repreſentatur portio degenerationis oſſium Tarſi in ſubſtantiam oſſe molliorem idque propter ſpinam ventoſam, unde totus Tarſus ſine ulla oſſium diviſione unum corpus repræſentat.

FIG. V. Exhibentur tria oſſicula, ſeu Calculi in glandula Pineali humana reperti. Hæc oſſicula à capillo dependent.

C. C. De holligheden, die men tuſſchen de lighamen der Wervelbeenderen vint.

D. Een gedeelte van 't ruggemergh.

E. Deſſelfs bekleetzel, 't welk met het harde Herſſen-vlies een continueel lighaam is.

F. F. De Kraakbeenige, en Doornagtige uitſteken.

De III. FIG. Lett. A. Vertoond ons het Lighaam van een Wervel-been des Rugge-graats, apart.

B. De Mootwyſe Banden tuſſchen de lighaamen der Wervelbeenderen geplaaſt.

In de IV. FIG. Werd verbeeld een gedeelte van een ontaarde Voorvoet, wiens ſubſtantie, veel ſagter als been is geworden, door een voorgaande Wint-doorn (*Spina Ventoſa*). Alle deſe Kooten zyn tot een Lighaam geworden, en als in een geſmolten.

De V. FIG. Vertoont ons drie beentjens of ſteentjens in het Pynappels-kliertje (*Glandula Pinealis*) van een Menſch gevonden; deſe hanghen aan een hayrtje.

FINIS.

FREDERICI RUYSCHII

Anatomiæ & Botanices Professoris

THESAURUS ANATOMICUS SEXTUS

Cum Figuris æneis.

HET SESDE ANATOMISCH CABINET

VAN

FREDERIK RUYSCH,

Professor van de Anatomie en Botan:

Met kopere Platen.

AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS, 1705.

FACULTÉ DE MÉDECINE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

VI. THeſaurô jam ad finem perductô, in quo, ut & in cæteris præcedentibus, & ſequentibus plurima reperiuntur, quæ planè ſunt nova, & notatu digna, mihi animus eſt, Collegium privatum domi meæ in illos inſtituere, idque per totum anni decurſum, ſine temporis interruptione, ab hora duodecima ad primam, vel ſemiſecundam uſque. In hoc Collegio exhibiturus ſum omnes totius corporis partes, ut & particulas minutiſſimas, quæ maxima parte hærent in Phialis, liquore limpidiſſimo repletis, in quibus illa longe diſtinctius, & luculentius demonſtrantur, quam extra liquorem. Cum autem nonnulla contra diſtinctius videri poſſint, poſt illorum exſiccationem, hæc omnia in capſis conſervata, viſui quoque exhibebo, brevemque ſermonem de omnibus iſtis præparatis habebo. Cum autem plurima inter illa reperiantur, quæ extra ſitum naturalem ſunt poſita, in uno cadavere partium ſitum demonſtrabo; & cum nonnulli encheireſin diſſecandi deſiderent, in eorum uſum ſemel atque iterum partes

Dewyl nu het Seſde Cabinet in't light is gekomen, waar in, als mede in voorgaande, en volgende ſeer veele zaken werden gevonden, dewelke waarlyk als nieuwigheden te houden, en aanmerkens waardig zyn: Zo is myn voornemen private Collegien te, mynen Huyſe daar over te houden, en dat 't gehele Jaar door, ſonder ophouden, van twaalf tot een of half twee uuren. In dit Collegie ſal ik alle partyen, ja ook alle de kleenſte deeltjens van 's menſchen Lighaam aanwyſen, en ſijn deſe voor 't grootſte gedeelte, in een ſeer heldere vogt gehangen, waar door veele zaken klaarder kunnen werden gezien, als buyten de Vogt, gedrooght en hard gemaakt zynde. Dewyl eghter eenige zaken bequamer geſien kunnen werden, na datſe verhart en droogh gemaakt zyn; zoo zal ik die, in Dooſen en Kasjens bewaart werdende, ook aanwyſen, over alles een kleen diſcours voerende. Nadien nu onder alle deſe toebereytſelen veele buyten haar plaatſe zyn genomen; ſoo zal ik daar toe een Lighaam nemen, om deſelve in haar natuurlyke plaatſe aan te wyſen; ook is myn meeninge een reys of twee wat

corporis diſſecabo. Hiſce peractis, ad incudem revocabo, idq; in uſum eorum, quibus tempus diutius commorandi ſuppetit, demonſtrationes quadrupedum, Piſcium, Conchyliorum, Papilionum, Avium, Marinorum, &c. quæ omnia, præſertim ex utraque India ad nos delata, tanta ſunt numero, ut circiter mille & quingentas phialas conſervem, exceptis iis quæ in forma ſicca in thecis reſervantur: ita ut multum temporis requiratur, ſi quis cum attentione ſingula perluſtrare velit, idque per horam ſingulis diebus: quæ autem corpus humanum ſpectant, & in XVI Theſauris ſunt repoſita, illa abſolvere conabor intra IV. vel V hebdomadas.

te Anatomiſeren in 't lighaam zelfs, voor die geene, dewelke begeerigh zyn, de handelingh daar van te zien. Dit alles verrigt zynde, ſoo is de meninghe over te te gaan, (voor die gene die nog tyt overigh hebben, en haar verblyf nogh wat kunnen verlengen,) tot het vertoonen van de viervoetige Dieren, Viſſen, Hoorens, Schelpen, Capellen, Vogels, en veele Zeezaken, die al te ſamen voor 't meerendeel, uyt Ooſt en Weſt-Indien overgebracht zyn, en zyn deſe ſoo groot in getale, dat ik van die zaken, ontrent de 1500 Vleſſen vergadert hebbe, uytgenomen die gedrooght zynde in Dooſen en Kasjens werden bewaart: ſoo dat'er al vry veel tyds vereyſt werd voor die geene, dewelke alles met een naukeurigh oogh willen beſien, en zal ik daar toe nemen alle dag een uur, en dat van 12 tot een of half twee uuren. Die zaken nu, die het's menſchen lighaam betreffen, en in 16 Cabinetten opgeſlooten zyn, deſe meene ik te ſullen werden geabſolveert in vier of vyf weken.

FREDERICI RUYSCHII

Anatomiæ Profeſſoris

PRODROMUS

THESAURI ANATOMICI SEXTI,

IN quo demonſtratur neutiquam CL. Dm. Vieuſſens, ſed me, primum inventorem eſſe variarum novitatum in corpore Humano, quas ſibi vindicat Cl: Vieuſſens in ſuo tractatu, nuper admodum edito, nomine *Novi ſyſtematis Vaſorum ſanguineorum in corpore humano.*

Cum abhinc annos circiter quatuordecim præter vulgarem præparandi, diſſecandi, & demonſtrandi, methodum invenerim aliam, quâ corporum humanorum partes, ut & particulæ minutiſſimæ in conſpectum producantur, & ſine qua ut hæc omnia demonſtrentur impoſſibile eſſe reor.

Aº. 1696. Epiſtolas Anatomico Problematicas, ad me à variis Doctis Viris miſſas, cum reſponſionibus, Figuris adornatis, publici juris facere incepi.

In illis plurima nova inveniuntur, quandoquidem, eô tempore inveneram methodum, quâ corpora humana poſt mortem, oculis objiciuntur, tanquàm in vitam revocata eſſent, ſicuti omnes teſtantur, qui illa quotidie in ædibus videndi cauſâ conveniunt, quos inter quòque fuit è Societate Jeſu, Reverend. Dns. G. Papin, ex India Orientali tunc temporis redux, qui cadavera illa ſic à me præparata condecorabat variis verſiculis, inter quos ſequens quoque erat;

Mortuus, arte Tua, Ruyſchi, vivit, docet, infans,
Elinguis loquitur, mors timet ipſa ſibi.

Præterea uſitatum non erat in illo tempore, ut Profeſſores Anat: cum exhiberent demonſtrationes Anatomicas, adducerent præparata, in liquore ſuſpenſa, & ſic tunc temporis viſui exhiberent, uti ego facere incipiebam; exiſtimabam enim Anatomicas demonſtrationes, quæ inſtituuntur in corporibus jamjam denatis, minus eſſe utiles, ſi non talibus præparatis, in liquore ſuſpenſis, jungerentur; ſic aliquoties diſſectiones publice inſtitui in corporibus juvenum à multis annis denatorum, uti liquet ex programmatibus in lucem editis, inter quæ, hoc ſequens quoque fuit.

PROGRAMMA

L. S.

QUandoquidem ſingulis annis, ſemel aut bis, Anatomicas demonſtrationes publicas facere ſoleo; jamque integro anno, ne unum quidem ſubjectum humanum recens obtinere potui; mihi in animo eſt, prima die Martis, Menſis Auguſti, 1703, *Anatomiam publicam auſpicari in* Theatro Anatomico; *idque in cadaveribus illorum trium Juvenum, qui abhinc annos ferè decem, vitam cum morte commutarunt, annoque* 1695, *Menſe Julio, ut & Anno* 1696. *Menſe Octobri publicè à me demonſtrati fuerunt.*

Hæc autem cadavera naturalem formam hominis vivi, arte noſtra, recuperarunt, & quod plus eſt, temporis ſucceſſu formoſiora ſunt reddita, quemadmodum dicto tempore patebit.

Horum primum dormientem repræſentat Juvenem, facie venuſta, malis & prolabiis rubicundis, cute glabra, ſine rugis, & nullo prorſus pigmento, aut colore tincta, quemadmodum anno 1696 *viſum fuit, cum rogatus à Viro quodam Nobiliſſimo, coram omnibus ſpectatoribus, qui demonſtrationes iſtas ſuâ præſentiâ condecorabant, faciem hujus fricarem ſale, aquâ, arenâ, ſapone, & linteo, ad excoriationem fere uſque.*

Hujus Cerebrum, Stomachus, Inteſtina, Hepar, Lien, Renes,

Cor

Cor, Pulmo, cæteraque Viſcera, huc uſque tam nitide ſunt conſervata, ut videantur partes multorum viventium ſuperare.

Hoc cadaver, uti ſoleo, veſtibus indutum, viſui exponere mihi eſt animus, abſque ulla inciſione aut laceratione, & ſic illibatum conſervare decrevi.

Alterum autem Cadaver contra à me ſupradictis annis publice eſt diſſectum, Muſculis ſeparatis.

Tertium autem ita diſſecui, ut ſingulas partes ſeorſim demonſtrare, & iis qui non adſtabant proximi, exhibere potuerim.

Circa dicta cadavera conſiderandum, quod omnia multo diſtinctius & accuratius in illis demonſtrabuntur, atque videbuntur, quam quidem fieri poteſt in recens denato; quandoquidem notiſſimum eſt, quicquid externe in corpore humano vivo oculis gratiam conciliat, illud morte adimi, & à ſtatu naturali recedere. Non minus etiam verum eſt, partes internas, poſt mortem, à naturali conſtitutione multum recedere, imo particulas minutiſſimas viſum noſtrum aufugere.

Hac autem arte noſtra reſtituitur denatis id, quod moriendo amiſerunt, ſc: naturalis conſtitutio, quam tam pulchre denuò recuperant, ut iterum vivere ac dormire videantur: Omnia quoque membra, quæ in mortuis rigida facta ſunt, in hiſce tam mobilia exiſtunt, quam in homine vivo.

Præterea corpora denata brevi odorem ſpirant ingratum, hæc autem ſunt odoris grati.

In hac tractatione Anatomica non eſt animus tali, ut conſuevi, methodo, procedere; hæc enim conſideranda tanquam ſpicilegium præcedentium demonſtrationum, in qua varia, ab aliis neglecta, & nonnulla nova exhibiturus ſum.

Primò, à corporis integumentis univerſalibus incipere decrevi, atque ea occaſione oſtendere Prolabiorum integumentum, quod neque pro Epidermide, neque pro Cute, habendum, quandoquidem nulla cutis ibi reperitur. Dicto integumento exhibito, pergam ad veræ prolabiorum conſtitutionis demonſtrationem, quam ante tres annos detexi & in tertio Theſauro deſcripſi, ac Fig: expreſſi, inde autem nobis conſtabit, quare tanti cruciatus excitentur, Prolabiis male conſtitutis, aut integumento proprio deſtitutis.

2°. *Hiſce peractis, ad incudem revocabo demonſtrationem Mammarum; quoniam autem dictorum noſtrorum cadaverum juvenilium Mammæ nimis exiles ſunt, ad integram Mammarum conſtitutionem oſtendendam, afferam majoris dilucidationis gratia, Mammas virorum, mulierum, dum viverent utero gerentium, Nutricum, Infantum recens natorum, nec non portionem Mammæ Balænæ & Vaccæ.*

3°. *Exponam quanta ſit diſcrepantia inter has, & illas vaſorum ſanguineorum extremitates, non ſolum ratione reptatus, verum etiam ſubſtantiæ, quam rem cæteri auctores neglexerunt.*

4°. *Explicabo conjunctiones extremitatum arteriarum renalium, cum ductibus urinariis, in Theſ. III. figuris expreſſas.*

5°. *Oſtendam fruſtraneam impendere operam, qui foramina in Omento humano, bene conſtituto, quærunt.*

6°. *Demonſtrare decrevi mirabilem reptatum vaſorum ſanguineorum Renalium, maximam partem Renis conſtituentium, quemadmodum in Theſauro III. figuris declaravi.*

7°. *Hepatis atque Lienis ſubſtantiam ex meris vaſis ſanguiferis, non autem ex Glandulis eſſe conflatam, indigitabo.*

8°. *Demonſtrabo, nullam ex tunicis aut membranis inteſtinorum tot gaudere Vaſis ſanguifluis, quam quidem tunica nervea, quæ innumeris ſcatet Venis atque Arteriis, idque ob glandulas inteſtinales, ita dictas, quæ revera originem ſuam ducunt ex dictorum Vaſorum extremis.*

9°. *Qua ratione, aut modo, omnes Inteſtinorum Membranæ, quæ quatuor ſunt numero, tanta dexteriate oculis exhiberi queant, ut ſingularum conſtitutio diſtincte videri poſſit.*

10°. *Demonſtrabitur ad oculum, Venam portæ longe plures habere ramos & ramuſculos, quam quidem Vena Cava quatenus Vena Cava per Hepar ſeſe ſpargit, aut potius Hepar conſtituit, id quod conſideratione dignum eſſe, nemo facile negabit.*

11°. *Quomodo exactiſſime demonſtrari poſſint communicationes cavitatum Oſſium Malarium cum cavitate Narium: Canales, qui à Palato oris ad aures tendunt, ut & communicatio Cavitatis, quæ eſt ſub ſella equina, cum cavitate Naſi.*

12.

12°. *Haſce demonſtrationes cum aliquibus operationibus Chirurgicis commiſcere decrevi, inter cæteras, fracturam Tibiæ reſtauraturus, & deligaturus ſum, eâque occaſione nonnulla circa oſſa Tibiæ exhibiturus ſum, quæ inter rarò contingentia referenda ſunt, ſc: Os Tibiæ, cujus lamella interior tanquam fiſtula, propter prægreſſam cariem, à natura eſt expulſa, longitudine ſeſqui digiti, cujus rei, uti mihi relatum, Clar: D. du Verne quoque exemplum detexit.*

Os Tibiæ omni cavitate deſtitutum.

Os Tibiæ & fibula flexibilia inſtar virgulæ, &c. &c.

Quomodo utraque oſſis Tibiæ tabula optime demonſtrari poſſit.

Ultimò Methodum, quâ optime queant oſtendi Vaſa ſanguinea, quæ per tenuiſſimam membranulam in cavitate oſſis tibiæ & femoris decurrunt, oſtendam.

Ab his demonſtrationibus, bis ſingulis hebdomadis inſtituendis, ſc: diebus Martis & Veneris, horâ tertia pomeridianâ initium facere decrevi, prima die Martis menſis Auguſti, 1703, in Theatro Anatomico publico, idque ſermone Belgico, aut Latino, pro re nata, ad quas videndas omnes Anatomiæ amantes invitant

F. RUYSCHIUS,
Profeſſor, ut &
Præſides Collegii Chirurgici.

Poſt hac præparata mea publicare incepi per modum deſcriptionis Theſaurorum Anatomicorum, plurimis figuris ad vivum adjectis, ſuntque dicti Theſauri XVI. numero, quorum V. in lucem jam prodierunt; cum autem multum temporis ad illud opus perficiendum requiratur, & interim ſingulis fere diebus plures me conveniant, hinc illis occaſio datur hoc & illud rogandi, videndi, annotandi, & ad alios per literas tranſſcribendi, unde nec mirum nonnullos inventa mea pro ſuis in lucem edere; neque id contigit illis ſolum, quæ nondum à me erant publicata, verum etiam illis, quæ ab aliquot annis â me jam fuerant deſcripta,

Thesaurus anatomicus - page 66 sur 512

depicta, & in lucem edita, ut video factum à Cl. Dº. Raymundo Vieuſſens, Monſpelienſi Medico, nec non â Dº. Hovio, Med. Doctore apud Enchuſanos.

Horum primus, haud ita pridem tractatum conſcripſit, cui titulus eſt NOVUM SYSTEMA VASORUM SANGUINEORUM IN CORPORE HUMANO, in quo video illum ſibi vindicare varia nova à me inventa, ab aliquot annis deſcripta, & cum figuris in lucem edita.

Inter omnia mea nova, quæ intra 40 annos inveni, eminet inventio ſequens, ſc:, Corticalem Cerebri ſubſtantiam non eſſe glanduloſam, uti perperam deſcripſerunt, depinxerunt, imò pro certo habuerunt Anatomici, ſed plane vaſculoſam.

Cum Aº. 1698 hunc præparandi modum inveneram, Cl: Michael Erneſtus Etmullerus, Vir non minus doctus, quam in perſcrutatione Anatomica curioſus, me ſæpius conveniebat, curioſa Anatomica videndi cauſâ, inter quæ nullum exſtabat objectum, quod magis mirabatur, quam Corticem Cerebri vaſculoſo-tomentoſum, (jure merito ita nominandus cortex cerebri, cum nil ſit, niſi vaſcula tomenti inſtar tenuia) imò tanquam attonitus corticem Cerebri aſpiciens me incitabat ad publicandum inventum tanti momenti; ſcripſit itaque ad me Aº. 1699. Epiſtolam Anatomico-Problematicam, quæ cum cæteris venalis proſtat apud Johannem Wolters, Bibliopolam Amſtelodamenſem, ſimul cum reſponſione, additis figuris, ad vivum ſculptis.

Poſtquam dictus Cl. Etmullerus in illa Epiſtola recenſuerat, quicquid autores ſcripſerant de cortice Cerebri glanduloſo, & oſtenderat omnes in eo convenire, ne quidem Cl. Dom. Vieuſſens excepto, hiſce verbis me admonuit : *Te itaque Cl. Vir, rogo, atque contendo, ut veram illam Corticis Cerebri texturam patefacere, faciem ejus exhibere, uſumque determinare non dedigneris.* Cl. Virum Vieuſſens hæc mea ſcripta, ut ait, non legiſſe, vel à nemine intellexiſſe me hoc eo tempore publicaſſe, non ſolum miror, verum illud multo magis, quod poſt meam detectionem, Cl. Vir iis, quæ antea ſcripſerat, rejectis, mea veſtigia

veſtigia jam inſequatur, cum contendiſſet corticem eſſe glanduloſum, uti liquet ex ejus Neurologia Cap. X. ubi ita loquitur, *Cerebrum binis à ſe invicem diſcrepantibus ſubſtantiis cinerea nempe & alba conſtat ; cinerea autem ſeu in ſtatu naturali, ſeu poſtquam in Aqua vel Oleo excocta fuit, ſpectetur alba, multo mollior exiſtit , eamque dum microſcopii interpoſitu accurate inſpiciatur, innumeris è globulis ſimul coagmentatis, ovalem figuram quadantenus æmulantibus conſtructam eſſe percipitur ; ita ut ipſa conglobatis è glandulis conflatum corpus apprime referat.*

Glandularum autem illarum aliæ alias comprimunt, unde obtuſi oboriuntur anguli, ut ab Expertiſſimo Malpichio obſervatum eſt, quorum alii ab aliis intermediis, fere æqualibus, diſtinguuntur, quod ea probatur experientia, qua corticali Cerebri excocti ſubſtantiæ Pia meninge denudatæ atratus Spiritus vini affunditur, qui in ſpatiola externis prædicta corticalis ſubſtantiæ Glandulis interpoſita, ita inducitur, ut poſtquam goſſypio leviter abſterſus ſit, innumeræ illius particulæ ſupradicta ſpatiola occupantes & circumſcriptas Glandulas exhibentes, vel ſine microſcopio , facile detegantur, quod ſic non contingeret, ſi corticalis Cerebri ſubſtantia, particulis figuræ, ab ovali aut oblonge-rotundâ, diverſæ conſtaret.

Vide L.B. illud quod ACCURATE inſpiciebatur, ut ait, & reperiebatur olim, poſt decoctionem in Oleo; id quod APPRIME referebat corpus glanduloſum, & quod FACILE microſcopio detegebatur, ſc: ſubſtantiam corticalem Cerebri eſſe glanduloſam; poſt meam detectionem, Cl. Viro jam dicitur vaſculoſum , & ſic ACCURATA inſpectio , & FACILIS detectio harum rerum tam facile invertuntur jam à Clariſſ. Viro Vieuſſens, Cerebrô eodem modô in oleo per quinque horas decocto, FACILIUS autem nobis erit, hiſce omnibus bene perpenſis, dijudicare, præparationes per decoctiones in Oleo inutiles, imò plane eſſe rejiciendas, & hoc eſt quod ad ipſum Cl. Vieuſſens ſcripſi , ſc: ejuſmodi inveſtigationes tanquam inutiles, plane eſſe removendas, & quod ego Cerebrum ſoleam retinere in ſtatu ceu vivo , ſolummodo arterias corticalis Cerebri ſubſtantiæ artificioſè replendo, loco ſanguinis, mate-

materiâ ceraceâ rubrâ, donec puto arteriolarum extremitates ultimas eſſe repletas, hoc factô, particulam Cerebri abſcindo, à capillo in liquore ſuſpendo, & ſic exhibeo, corticem Cerebri ex meris vaſculis & præſertim arteriolis tomentoſis, non autem ex ita dictis glandulis, eſſe conſtitutum.

Hoc autem non ſolum dico, ſed ad oculum demonſtro, non ſolum ope microſcopiorum, verum etiam oculis inermibus; præterea innumera ejuſmodi Cerebri objecta domi reſervo, demonſtro.

Cum ego huncce tractatum viderem, ſcripſi (ut dixi) ad illum Epiſtolam, in qua demonſtrabam non illum, ſed me inventorem eſſe eorum, quæ pro inventis ſuis vult haberi, & illud quoque liquere ex actis Lipſienſibus, & meis ſcriptis; in reſponſione ſeſe excuſat, dicens, ſe neſciviſſe me illa à multis annis detexiſſe, neque Acta lipſienſia legiſſe; itaque denuo illi reſcripſi, ne recuſaret manum dare veritati, ſc: me primum eſſe inventorum, non ſolum ſupradicti corticis, verum etiam immediatæ connexionis Arteriarum Renalium cum ductibus urinoſis, ſicuti hoc patet ex Theſ. I. deſcriptione A°. 1701. typis impreſſa, ubi fol. 33. hæc verba reperiuntur, *ſunt mihi Renes quorum vaſcula urinaria omnia, poſt repletionem Arteriarum Renalium, infarcta ſunt; dehiſce plura alibi, ubi Renis veram & miram conſtitutionem (Deo volente) delineaturus ſum.*

In Theſauro III. impreſſo A°. 1703. fol. 40. ſequentia habentur, *Præterea hic vobis conſpiciendos offero Renes, in quibus continuationem Arteriolarum cum ductibus Bellini videre licet, & hoc infragabile argumentum eſſe mihi videtur.*

Præterea hocce inventum publice demonſtravi, uti liquet ex ſupra citato Programmate A. 1703.

Hiſce adjungendum magnum iſtud inventum meum, circa Integumentum Placentæ uterinæ, Uterum reſpiciens, ut & vaſa vermicularia interioris Tunicæ uterinæ, quæ omnia ſibi quoque vindicavit in dicto tractatu Cl: Vieuſſens.

Quid magis mirandum L. B. quam quod mihi ſcribat ſeſe mea ſcripta, à multis annis publicata, & per figuras illuſtrata, non ſolùm

ſolùm non vidiſſe, verum etiam à nemine intellixiſſe, me illa oſtendiſſe, vel publicaſſe.

An non vidit Cl: Vieuſſens mea ſcripta, neque acta Lipſienſia adeò nota, in quibus ſatis ſuperque mea inventa ſunt expreſſa? Vidit forſan Cl: Vir. Phyſiologiam medicam, nunquam ſatis laudandam Clariſſ. Profeſſoris J. Goth: Bergeri Aº. 1701. impreſſam, & per orbem diſperſam : Cl. ille Profeſſor inter alia, à me inventa, hæc quoque recenſet folio mihi 118. *Quod ſi organorum ſecernentium aliorum, quæ hodie pro Glandulis habentur, conſtructionem, propius intueamur, eam aliam omninò ac vulgò opinamur, deprehendemus. Inter hæc corticem Cerebri ex acinis glanduloſis cum Malpichio, plerique contextum putant, quem tamen accuratior docet inſpectio, totum ex vaſculis conſtare ſanguineis, per Meningem tenuem tanquam falcimentum, numero innumerabili, ita pariter diſſeminatis, ut ultra recurvos venularum tubulos prolatæ, arteriarum extremæ propagines ſuccoſæ apparaent, quemque ſecretum continent, Lymphæ ſuccum in fibras medullares convehant, unde muſci ſeu tomenti inſtar illa cerebri corticoſa portio apparet, atque à parte altera medullari ſine notabili læſione auferri poteſt. Qui coctione Cerebri in oleo & ſimuli liquore apparent grumuli, & Bidloo, exhibentur, hoc artis effecta eſſe, falſoque pro glandulis haberi, & res ipſa loquitur, & diligenter oſtendit Ruyſchius.* Hæc ſunt verba Cl. Profeſſoris Bergeri, qui talia non tam plane profeſſus fuiſſet, niſi à plurimis annis in ædibus meis hoc vidiſſet, & oculatus fuiſſet eorum teſtis. Videbimus figuras dicti corticis in oleo per quinque horas cocti, ſi illas exhibiturus ſit Vir Clar: Vieuſſens, uti ego feci, ſine cerebri decoctione (potius deſtructione) id autem difficile erit Clar: Viro, niſi meas in auxilium vocaverit figuras. Cerebrum ovinum &c. in oleo unusquisque coquere poteſt, verum nemo corticem eſſe vaſculoſo-tomentoſum reperiet, idque tali experimento, quod plane inutile eſſe reor, imò ipſemet coxi cerebrum in oleo per quinque horas, & hoc facto, ita induruit, ut fricando digitis in pulverem redigerem ; ita ut jure meritò dicere auſim, neminem unquam vidiſſe veram

 cor-

corticis ſtructuram tomentoſo vaſculoſam , poſt decoctionem in oleo per 5 horas , uti liquet ex hiſce figuris, quos confici curavi, ut differentiam utriuſque præparationis luſtrari poſſit. Cum autem jam VI. Theſaurus ſub prelo ſudet, in quo multa notatu digna occurrunt , quæ unicuique etiam demonſtravi, conſultum duxi, nonnulla hic recenſêre, quæ continentur in dicto VI. Theſauro ſc:

TAB. I. Reperitur ſceleton Embryonis digiti annularis magnitudine , à cujus dextra dependet à capillis tria Ova muliebria non fœcundata.

Secundum ſceleton paulò eſt majus, à cujus dextra ope capilli dependet Ovum fœcundatum, non apertum.

Tertia figura, à capillo dependens, continet Ovum muliebre fœcundatum apertum , in quo nil , niſi paululum liquoris, inveni.

TAB. II. Exhibet V figuras, quarum I. Continet ſceleton fœtus humani trium præter propter menſium , à cujus ſiniſtra capilli beneficio dependet Embryonis humani rudimentum magnitudine pediculi, ſeu ſeminis Lactucæ, à dextra dependens habet Embryonis humani rudimentum, magnitudine ſeminis Aniſi.

Fig II. Repræſentat Embryonem magnitudine grani hordei mundati.

III. Repræſentatur Embryo paulo major, ut &

IV. Aliquanto majorem Embryonem indigitat.

V. Denuò majorem, & ſic ulterius repræſentantur majores atque majores; ſuntque omnia ſculpta ad objecta in ædibus meis conſervata, atque conſervanda.

Viſui quoque exponuntur in dicto VI Theſauro, Figuræ Uterorum mulierum, in quibus varia notatu digna, repræſentantur.

Horum unus eſt, è corpore cujusdam mulieris, poſt mortem à me exciſus , quæ in adulterio deprehenſa à marito , paulo poſt coitum, occiſa erat, in cujus Uteri cavo, ut & Tubis Fallopianis repertum eſt ſemen virile , & tanta quidem copia, ut Utraque Tuba eodem adhuc ſemine referta ſit.

In Alterius mulieris Ovario, Ovum fœcundatum videre licet &c.

Præ-

Præterea notatu dignum occurrit in dicto Theſauro VI. ſc: quod cordis ultimæ Arteriolarum extremitates, ceraceæ materiæ exitum præbuerint inſtar nubeculæ, ſine ulla extravaſatione præternaturali (ſicuti jam publice aliquoties monſtravi, & per figuras in ſequentibus Theſauris oſtendam, repræſentaturus ea, quæ domi meæ à Curioſis harum rerum videri adhuc poſſunt) ut ita loquar, alias globulorum formâ oculis exhiberetur; idem fieri exiſtimo, in corpore vivo, ſc: tantum liquoris ex dictis Arteriolarum extremis roris inſtar effundi, quantum neceſſe eſt ad ſui nutritionem. Præterea plurima recenſentur in dicto Theſauro jam ſub prelo ſudante, in quo nil refero, niſi quod in ædibus meis, idque magnis ſumptibus, reſervo, ut omnem dubitandi anſam non ſolum removerem, verum etiam Collegia Anatomica de illis omni tempore, uti facere ſoleo, haberem, hyeme non ſolum, verum etiam æſtate, ut & diebus canicularibus; omnia enim ita præparata ſunt, ut minutiſſima in corpore humano, ſine microſcopiis videri queant, modò cælum ſerenum nobis faveat.

Ut Interim L. B. videre poſſit, quid ſit de vera Renis ſtructura, conſultum duxi in hoc Prodromo fig: aliquot Renum tam humanorum, quam vervecinorum repræſentare.

Cum enim viderem Renis vervecini figuram, quam in ſuo tractatu, de *novo ſyſtemate vaſorum ſanguineorum in corpore humano*, inſeri juſſit Cl. Vieuſſens, & nonnulla inſolita in dicta figura animadverterem, conſultum duxi, mea methodo Renem vervecinum exhibere, ut differentia inter utriuſque præparationem, & figuræ exhibitionem, videri hic poſſit.

Fig. I. & II. Repræſentant eaſdem figuras Renum humanorum, de quibus mentionem feceram Theſauro I. A°. 1701, & pub: juris expoſueram A°. 1703 & 1704 in Theſauro III. & IV. ubi eædem viſuntur Figuræ.

Cæteræ figuræ repræſentant Renes vervecinos, ſine ulla deſtructione per macerationem in aqua ſimplici ad putrefactionem uſque, aut decoctionem, ſed ſola vaſorum repletione præparatos.

 EXPLI-

EXPLICATIO
FIGURARUM TABULÆ
PRODROMI THESAURI SEXTI.

FIG. PRIMA, *Exhibetur Ren Humanus, facie exteriore viſus ante hac Tab. IV. Theſaur. III. Anni* 1703. *à me in lucem editus.*

A. Renis ſuperficies, per quam innumera vaſa ſanguinea diſſeminantur vermiformia, ſuntque microſcopio viſa.
B. Arteria Renalis abſciſſa.
C. Vena Renalis abſciſſa.
D. Portio Pelvis extra corpus Renis contra naturæ leges, propullulans, per quam plurimæ Arteriolæ ſunt diſſeminatæ.
E. Vaſa ſang.

FIG. II. *Exhibet Renem biſectum, ut interiora pateant, conveniatque cum Fig. III. Tab. IV. Theſaur. III. Anni* 1703.

A. Indigitat Arteriolarum plurimarum extrema, ſerpentino ductu in ductus Bellinos degenerantia.
B. Exigua portio ſuperficiei externæ.
C. C. Papillæ Renales, plurimis foraminulis, aut oſculis pertuſæ, pro Urinæ tranſitu.
D. Ureter.
E. E. Pelvis aperta.

FIG. III. *Denotat Renem vervecinum, per dorſum diſſectum, ut interiora in conſpectum producantur.*

A. Arteriolæ, ductus urinoſos producentes, vel in illos degenerantes.
B. Corpus papillare, ubi notandum, in vervece unicum tantum reperiri corpus papillare ſemicirculare, uti hic demonſtratur, cum contra in homine plurimæ reperiantur papillæ.
C. Arteriolæ abſciſſæ.
D. Margo pelvis adipe obſitus.
E. Fruſtum pennæ anſerinæ quod inſerui in principium ureteris.
F. Corporis papillaris margo, innumeris foraminibus, ſeu oſculis præditus.
G. Vena Renalis,
H. Arteria Renalis.
I. Ureteris portio.

FIG. IV. *Exhibet Renem vervecinum, biſectum, cujus margo corporis papillaris & ſemicircularis à me reflexus eſt, ut vaſa ſanguinea nonnihil in conſpectum venirent: nonnihil dico, quandoquidem mihi neutiquam in animo eſt vaſorum ſanguineorum reptatum hic repræſentare, illud enim in ſequentibus Theſauris facere decrevi.*

A. Arteriolæ degenerantes in ductus urinarios; ubi Not. ſc. illas ante dictam degenerationem quandam mutationem ſubire, aut ceu in aliud eſſe mutari; & qua in re illud conſiſtat, accuratius in poſterum perſcrutandum; hoc ſaltem verum eſt, replendo Arterias, repleri quoque ductus urinarios, ita ut continua ſint corpora.

B. Ductus Urinarii.

C. Margo pelvis biſecti.

D. D. Margo corporis papillaris & ſemilunaris, innumeris oſculis pertuſus pro urinæ exitu.

E. Pelvis ſuperficies exterior undique adipe obſita.

F. Ureter abſciſſus.

G. Vena Renalis abſciſſa.

H. Arteria Renalis abſciſſa.

I. Portiones interioris ſubſtantiæ Renis, quæ ceu Papillæ quidem nobis hic occurrunt, ſed neutiquam pro Papillis habendæ ſunt; omnes enim continuæ ſunt, vaſa autem ſanguinea hiſce portionibus interſita, videntur dictam interiorem partem Renis in varias particulas ſeparare, ſuntque dicta vaſa multo ſevo obſita, unde illa prima fronte viſa, admodum craſſa nobis obveniunt, cum contra re penitius perſpecta, longe tenuiora ſint, ſicuti hoc quoque liquet ex hac Figura.

FIG. V. *Denotat copiam figuræ Renis vervecini quam Clar. D. Vieuſſens, in ſuo tractatu* de novo ſyſtemate vaſorum ſanguineorum in corpore humano *inſeruit.*

A. A. A. A. Extima ſeu glanduloſa Renis vervecini ſubſtantia.

B. Arcus arterioſi minimi paulo ſupra majores arcus conſtituti.

C. Arteriæ Venas comites habentes, quæ è ſuperna & poſtica arcuum arterioſorum majorum facie naſcuntur, & extimæ Renis ſubſtantiæ convexam illius partem occupanti, efformandæ impenduntur.

D. Arcus arterioſi majores.

E. Ea vaſculoſorum plexuum Renalium pars, quæ arcubus majoribus & minoribus arterioſis circumſcribitur.

F. Arcus arterioſi minores.

G. Hæc vaſculoſorum plexuum Renalium pars, quæ à margine pelvis ad minores uſque arterioſos arcus protenditur.

H.

H. Cavitas pelvis.

I. Membranaceæ fiſtulæ è margine pelvis elongato conflatæ, ſeu membranacea arcuum arterioſorum fulcimenta, quorum parietes tenuiſſimi evadunt, dum in arcus arterioſos & venoſos abeunt.

K. Oſtium ureteris.

X.X. Propagines arterioſæ, ex arcubus arterioſis majoribus emergentes.

FIG. VI. *Adumbratur, humani portio corticalis Cerebri ſubſtantiæ, quæ plane ex vaſculis ſanguineis, & maxima quidem parte arteriolis, tomenti inſtar tenuibus, conflatur. Hæc autem præparatio facta ſolâ arteriarum Cerebri repletione artificioſâ, ceraceâ materiâ rubrâ.*

FIG, VII. *Oſtenditur portio Corticalis Cerebri vervecini, per quinque horas in oleo Olivarum decocta, in qua nihil quidem vaſculoſi videri poteſt, utpote per decoctionem ceu in aliud eſſe mutatum; ita enim induruit, ut digitis in pulverem redigi poſſit, & per conſequens ad expiſcandam veram conſtitutionem inepta facta ſit.*

FIG. VIII. *Portionem Corticis Cerebri humani demonſtrat, quæ eodem modo decocta, æque inepta facta eſt demonſtrationi ſupradictæ.*

ERRATA

Prodromi Theſauri Sexti.

Pag. 2. l. 3. pro et. leg. ut. Pag. 3. lin. 7. diſſectnm leg. diſſectum. lin. 18. naturalis conſtitutio l. naturalem conſtitutionem. P. 4. l. 26. dexteriate. l. dexteritate. P. 9. l. 9. qnæ. leg. quæ. lin. 17. apparaent. leg. appareant. lin. 21. ſimuli. l. ſimili. l. 22. glandnlis. l. glandulis.


Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 6.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 7.
Fig. 8.

VOORLOPER

Van het Sesde

ANATOMISCH CABINET,

Van den Professor

FREDRIK RUYSCH,

WAar in aangewesen word, dat geensints den Professor Vieussens, maar ik, de eerste uitvinder van verscheyde nieuwigheden ben, die hy in syn tractaat, 't welk den naam draaght van een *Nieuwe stellingh der bloetvaten in 's menschen lighaam*, heeft laten invloeyen. Na dat ik van nu ontrent over 14 Jaaren uytgevonden hebbe een nieuwe manier van ontleden, prepareren, en vertoonen, waar door de partyen, ja de allerkleenste deeltjens van 's menschen lighaam zeer klaar voor ons gesight gebragt werden, en zonder dewelke ik meene, dat zulks te doen, ommogelyk is.

In 't Jaar 1696 heb ik begonnen met het uytgeven van eenighe brieven, die my vraags-wyse wierden voorgestelt met hare antwoorden, en daar toe dienende Figuuren; in deselve werden zeer veele nieuwe, en van my uytgevonde zaken verhandelt, nadien ik doenmaals een methode uytgevonden had, waar door de lighaamen der menschen na haar dood, als weder levendig ons voor ooghen komen, gelyk van een yder werd getuygt, die my dies wegen dagelyks komen besoeken, en 't zelve komen te zien: onder dewelke ook is geweest den Eerwaardige Heer Papin, doenmaals uyt Oost-Indien gekomen zynde, dewelke op dese myne lighaamen verschyde Latynse vaarsen maakte, onder dewelke dit in 't Neerduyts overgeset, ook gevonden werd,

Hoogleeraar Ruysch, uw konst, doet 't doode Kind
Herleven, en ons nutte Leering geven,
Ook zonder tong. Het spook dat all' verstind.
Begind dus voor sigh selven ook te beeven.

Daar en boven was het doenmaals geenſints gebruykelyk, dat de Profeſſoren, de Anatomie celebrerende, eenighe geprepareerde zaaken in een voghtigheyd hangende, medebragten, om die dan daar nevens te vertoonen, gelyk ik doenmaals begon te doen: want ik meende, dat de Anatomiſche vertooningen, dewelke geſchieden in vers afgeſtorvene menſchen, niet zoo bequaam waren, alsmen die niet doet verſellen met geprepareerde zaken, in een vogt opgehangen zynde: en alzoo heb ik eenighe reyſen, ontleedkundighe vertooninghen gedaan in de lighaamen van Jongelinghen lange Jaaren na haar dood, gelyk zulks blykt uit de gedrukte bekentmakinghen, waar onder ook deſe volgende is geweeſt.

BEKENTMAKINGH.

Beminde Leſer. &c.

NAdien myn gewoonte is, alle Jaaren een of twee publyke ontledinghen te doen, en nu een geheel Jaar geen gelegentheyd heb konnen krygen, om 't zelve in een vers afgeſtorve menſche te verrigten; zoo is myn voornemen, den eerſte Dingsdagh van de Maand Auguſtus, een aanvangh te neemen met een publyke ontledingh, op het Theatrum Anatomicum, en dat in deſelve lyken der drie Jongelinghen, dewelke nu ontrent 10 Jaaren geleden, geſtorven, en in het Jaar 1695. in July, en 1696. in October, publyk vertoont zyn.

Deſe geſeyde Lighaamen hebben haare natuurlyke geſtalteniſſe, door onſe konſt, weder gekregen, die ſy hadden, wanneer ſy nogh leefden, en wat meer is, dezelve zyn van tyd tot tyd nogh meer en meer opgeheldert, gelyk zulkx als dan zal konnen geſien werden.

De Eerſte deſer verbeelt een ſlapende Jongelingh, ſchoon en welgemaakt van tronie, met roode wanghen en lippen, effen van vel, zonder rimpels, en dat alles zonder met eenigh blanketzel off verwe beſmeert te zyn, gelyk zulks gebleeken is in 't Jaar 1696, als wanneer ik op 't verſoek van zeker Heer, deſe zyn tronie met Zand, Zout, Zeep, water en een doek, byna tot ontvellingh toe, ſterk vreef, in 't byzyn van alle die geenen, dewelke de geſeyde Anatomie met haar præſentie vereerden.

Deſſelfs Herſſene, Maagh, Darmen, Lever, Milt, Nieren, Hart, Longh en andere ingewanden zyn nogh zoo fris en wel geſtelt, datze in 't aanſien die van veele levendighe menſchen komen te overtreffen.

Dit Lighaam is myn voornemen na gewoonte aangekleet te vertoonen, zonder 't zelve te ontleden, en zoo ongeſchonden te bewaren.

Het

Het tweede in tegendeel, is van my inde geſeyde Jaaren publyk ontleet, deſſelfs Spieren geſcheyden, en zoo vertoont.

Het derde heb ik zoodanigh ontleed, dat ik yder deel apart konde vertoonen, ten eynde dat die geene, dewelke wat verre afſtonden, yder deel wat nader toegereykt koſt worden.

Ontrent deſe gezeyde lighaamen ſtaat te conſidereeren, dat alles in haar veel klaarder, diſtincter, en netter zal werden vertoont en geſien, als wel mogelyk is te doen in een vers affgeſtorve menſche: nadien het meer als kenneiyk is, dat alles wat in een menſch uyterlyk aangenaam is voor 't oogh, door 't ſterven wegh genomen werd, en van weſen komt te veranderen: alſoo mede is 't, dat de inwendighe partyen van haar natuurlyke geſtalte ook veel komen te verlieſen, ja de allerſubtielſte deeltjens haar voor onſe ooghen komen te verbergen.

Nu door deſe van ons uytgevonde konſt, werd aan de afgeſtorvene Lighaamen haar natuurlyk wezen zoodanigh wedergegeven, dat menſe van een levendigh en ſlapend menſch niet kan onderſcheyden, zynde alle de Leedemaaten, die in afgeſtorvene ſtyf en onbewegelyk zyn, in deſe zoo beweegelyk, als in een levendig menſche.

Daarenboven zoo geven de dooden wel haaſt een onaangenaame reuk van haar; deſe in tegendeel zyn aangenaam van reuk.

In deſe Anatomiſche verhandelingh is myn voornemen niet alles in die ordre te verrigten, gelyk men gewoon is te doen, maar zal deſelve houden als een naleſingh van myne voorgaande Anatomiſche demonſtratien, en in deſelve veele zaaken die van andere genegligeert ſyn, als mede eenighe nieuwigheden, aanwyſen.

Ten Eerſte, heb ik voor van de algemeene dekſels of bekleetzels van 't lighaam te beginnen, en by die gelegentheyd ook te vertoonen het bekleetzel van de Voorlippen, 't welk nogh voor Oppervelleke, nogh voor Vel, gehouden kan werden, nadien daar ter plaatze geen vel te vinden is. Dit aangeweſen zynde, is het voornemen de waare ſelfſtandigheyd der Voorlippen ſelfs te vertoonen, dewelke ik voor drie Jaaren uytgevonden, en in de beſchryving van myn derde Cabinet met Fig: afgebeelt hebbe, en zal ons dit ontdecken, wat de oorzaake is, dat qualyk geſtelde, of van haar bekleetzel beroofde Voorlippen, zoo veel pyns komen te verwecken.

Ten tweede, Zoo meen ik de borſten te vertoonen, en nadien die van deſe onſe Jongelinghen te kleen zyn, om alles 't geen in de Borſten te zien is, aan te wyſen, zoo is 't voornemen tot meerder verklaringhe, verſcheyde Borſten van afgeſtorve Mannen, Vrouwen, zoo van ſwanger gaande, als van ſooghs zynde, ook van Iongh geboore kinderen, en een ſtuk van een Walvis Berſt, als mede een van een Koeje Borſt mede te brengen.

Ten derde, Zal van my aangeweſen werden het onderſcheyd deſer en gee-

ner

ner bloetvaten uyteynden, niet alleen ten opſigte van haaren loop, maar ook wegens haare ſelfſtandigheyd, waar aan de Ontleders niet gedagt hebben.

Ten vierde, De Vereeninghe der uyteynden der Slagh-aderen van de Nieren met der ſelver Pis-canaaltjens, mede in 't derde Cabinet afgebeelt.

Ten vyfde, Dat men te vergeefs eenighe gaten in een welgeſtelt Net van een menſch komt te ſoeken.

Ten zesde, is myn voornemen te vertoonen die ſeldſaame en Worm-wyſe cours der bloetvaten, die het grootſte gedeelte van de Nieren uytmaken, gelyk in 't derde Cabinet ook afgebeelt is, als mede

Ten zevende, Dat des Levers en Milts ſelfſtandigheyt uyt loutere bloetvaten, en geen klieren haar beſtaan heeft.

Ten aghſte, Datter geen van de Vlieſen der Darmen meer voorſien is van Bloet-vaten als wel het Zenuagtighe vlies, 't welk daar van als doorzaeyt is, en dat van wegen de alzoo genoemde Darm-kliertjens, dewelke haar beſtaan in dit vlies, uit der bloetvatjens uyteynden, krygen.

Ten negende, De Manier en wyſe, hoe men alle de vier vlieſen der Darmen op 't bequaamſt voor ooghen ſtellen kan, om yders weſen diſtinctelyk te zien.

Ten tiende, dat de Poort-ader zeer veel meer tacken en tackjens heeft, als de Hol-ader, voor zoo veel als de Hol-ader zigh door de Lever verſpreyt, of liever voor zoo veelſe de Lever helpt maaken, en dat zulkx aanmerkens waardigh is, zal niemand meene ik, tegen ſpreken.

Ten elfde, Op wat wyze men de gemeenſchap van de holte van het derde paar Beenderen van de opperſte kaak, met dat van de Neus wederzyts beſt kan aanwyſen, alsmede de gemeenſchap van die Canalen, dewelke van 't verhemelte des Monds, na het werktuyg van 't gehoor loopen: ook de communicatie van de holte, die men onder de Paarde-zaal vind, met de hollighеyt van de Neus.

Ten twaalfde, Zoo is myn voornemen deſe demonſtratien te vermengen met eenighe Chirurgicaale operatien; onder andere zullen wy een gebrooke been herſtellen, verbinden, en by die occaſie eenighe ſelzaamheden ontrent het ſcheenbeen vertoonen, als daar zyn,

Een Scheenbeen, wiens binnenſte tafel in de gedaante van een holle pyp, na een voorgaande caries geheel en al van de natuur uyt geworpen is, de groote van anderhalve vingher langh; waar van, zoo my berigt is, de Hr. Proff: du Verne ook een exempel voorgekomen is.

Een ſcheenbeen daar gants geen holte in te zien is.

Een dat men buygen kan als een ryske &c. &c.

Hoe men beyde de tafels van 't ſcheenbeen op 't klaarſte vertoonen kan.

De manier en wyſe om de bloetvatjens die door het vlieske loopen, 't welk binnen in 't ſcheen en dyebeen gevonden werd, beſt kan aanwyzen.

Met

Met deſe demonſtratien ben ik van meeningh een aanvangh te nemen, gelyk hier voor geſegt is, de Eerſte Dingsdagh van de maand Auguſtus 1703. ten 3 uuren, op 't Theatrum Anatomicum, en zulks tweemaal des weeks vervolgen, namentlyk Dingsdaghs en Vrydaghs, en dat in de Nederlandſche en ook Latynſche Tale, na vereys van zaken. Waar toe alle Liefhebbers van de geſeyde Konſt werden genodight van

FREDERICUS RUYSCH,
Profeſſor, en van de
Overluyden van 't Chirurgyns Gild.

HIer na zoo heb ik myne geprepareerde en geconſerveerde ſtucken openbaar beginnen te maken, by manier van beſchryvinghe der Anatomiſche Cabinetten, waar in de ſelve bewaard worden, en hebbe daar ook zeer veele Figuuren ingevoegt, dewelwe na 't leven zyn gemaakt; nu deſe Cabinetten off kaſſen zyn XVI in 't getale, waar van datter al Vyf uyt gegeven zyn, en nadien datter veel tyds vereyſt werd, om dit werk tot perfectie te brengen, en ondertuſſchen dagelyks veele menſchen deſe zaaken komen zien, waar door haar gelegentheyd gegeven werd om 't een of 't ander ziende, te vragen, aan te tekenen, en anderen over te ſchryven, 't geen ſy zien en hooren.

Hier door is 't niet te verwonderen, dat zommighe myne uytvindighen voor de haare komen te debiteeren, en is zulks my niet alleen gebeurt wegens zaken, die ik nogh niet had beſchreven, maar ook zelfs van die geene, de welke al voor eenighe Jaaren van my zyn beſchreven, met Figuuren afgebeelt, en met den druk bekent gemaakt, gelyk nu weder zie gedaan te zyn vande Heeren Reymond Vieuſſens, Medicyn mr. tot Mompelliers, en Dr. Hovius tot Enkhuyſen.

De Eerſte deſer heeft onlangs een tractaatje in 't light gebragt, wiens titul is een *Nieuwe ſtelling der bloetvaten van 's menſchen lighaam*, in 't zelve zie ik, dat hy zich toeſchryft, de uytvindingh van verſcheyde zaken, die van my eerſt uytgevonden, ook voor eenige Jaaren beſchreven, en met Figuuren afgebeelt zynde, wereltkundigh zyn gemaakt.

Onder alle nieuwigheden die ik in 40 Jaaren uytgevonden, en in't light gebragt heb, en iſſer geen van meerder belang, als dat vande ſchorſſighe ſubſtantie der herſſene, dewelke te onregt gehouden werd voor een waare t'ſamenſtel van kliertjens, gelyk ſy die daar voor niet alleen hielden, maar hebbenſe ook als kliertjens afgebeeld, daar deſelve van my uytgevonden is te beſtaan uyt loute re bloedvaatjens.

 Wan-

Wanneer ik in 't Jaar 1698, de manier uytgevonden had, waar door zulks klaar bleek, zoo is de Heer Michiel Erneſtus Etmullerus, die niet minder geleert, als curieus is, in 't onderzoeken van Anatomiſche zaaken, my dikmaals komen beſoeken, om myne toebereytzelen te zien, onder de welke geen een was, waar over hy meer ſigh verwonderde, als wel over deſe dons Slagh-aderen van Slag-ader-donſige vaten van de ſchorſſe der herſſene, met regt alſo genaamt, nadien ſy zo fyn zyn als dons, waar uyt de geſeyde ſchorſe is beſtaande, ja den geſeyde Heer, dit (als verbaaſt) ziende, raade my dit wereld-kundigh te maken, als zynde een zaak van groot belangh, weshalven hy my een voorſtellender-wyſe Brief ſchreef, in 't Jaar 1699, diemen nevens het antwoord nogh te koop vind, en met Figuuren verrykt, by Sr. Johannes Wolters, Boekverkooper op 't Water.

TReed toe, beschouwers, siet, hoe de grote ontleder
De doorgeleerde RUYSCH, u, hier tot aandacht nood,
En wyst, konstlievenden; met tong, lancet, en veder,
Wat nut gestorvene verschaffen na hun dood,
Dit Cabinet, gepropt vol duysend seldsaamheden,
Verschaft d'aandachtigen een Zielsgedachtenis,
Hoe al 't geschapene gesloopt wort hier beneden,
Schoon, duursaam, welgemaakt, welvarend', vast, en fris,
Hier siet men stuk, voor stuk, de menschelyke delen,
Met al het ingewand, gebalsemd, en bewaard.
Long, lever, aderen, milt, nieren, bekkenelen,
Gedarmte, musculen, maag, blaas, zoo net vergaard,
Dit hert, dees tong, dit breyn, dees' zenuwen, dees' spieren,
Dees klier, dit hersenvlies, dees galblaas, dese huyt,
Vertonen Scheppers hand, in 't wonderlyk bestieren
Des *a* kleenen werelds, die, dit al, in sich besluyt.
Treed voort, leergierige, begeeft u verder binnen

Be-

a *Microcosmus, de kleene Wereld, de Menschen alsoo genaamt.*

Beſchouwd eerbiedelyk Gods wonderen, ſiet hier
Der menſchen, kleen, en groot, haar eerſte grond beginnen,
Siet hier een ſchepſelken niet groter als een *b* mier.
Aanmerk, hoovaardige, die aan u broſſe leden,
U halve levenstyd, met los getoy verſpilt,
Leer nutter, bid ik u, de dier'bre tyd beſteden,
Dit ſeggen u, dees doon, ſoo ghy ſlechs horen wildt.
Komt ook, verwatene, geſlagen ongodiſten,
Die alles aan 't geval, op loſſe ſchroeven ſteldt,
Hier, zal het koude Rif, u dwalingen betwiſten,
Vertwyfelde, o, ſiet, u vonnis hier geveldt.
En ghy Godvruchtige, hier kanmen u bewyſen,
Hoe eens, d'almachtigen dees' hier verſpreyde Leën,
Hoe kleen ook, elk by 't ſijn, in tyd, ſal doen verryſen,
In die geſtaltenis des lichaams, als voor heen,
Doch, dit is ſonneklaer, *c* in s'Heeren woord, beſchreven.
Gaat heen, nu kyckeren, verwonderd, en verſet,
Wat, ſtaat te maken zy, op 't menſchelycke leven,
Vertoondt Profeſſor RUYSCH u in ſyn Cabinet.

REGNERUS DE LOVER. *M. D.*

b *Een menſchelyke ſchepſel in dit Cabinet bewaard.*
c *Job: XIX: vers XXVI: XXVII.*

THE-

THESAURUS ANATOMICUS OCTAVUS,

In cujus fundo, ſeu primo Aſſere ſequentia reperiuntur.

N°. I. CIſtula ex ligno Cedrino confecta, in qua continetur Sceleton fœtus humani, recens ſine Cerebro, nati.

Not 1°. Caput oſſeum prorſus deſtituitur cavitate, ita ut ne minimam quidem Cerebri portionem in ſe continuerit.

2°. Non ſolum omnes Colli Vertebræ, verum etiam aliquot ex ſuperioribus Thoracis, poſticâ parte bifidæ, nullâque ſpinali medullâ præditæ; Inferiores autem Thoracis, ut & Lumborum illæſæ; ita ut in inferioribus Vertebris Thoracis exiguam & ſanam portionem ſpinalis Medullæ tantum invenerim; in cavitate Vertebrarum Lumborum, Nervi quoque bene conſtituti erant.

HET AGHSTE ANATOMISCH CABINET,

Op wiens grond, of eerſte Plank, deze navolgende zaaken gevonden werden.

N°. I. EEn kleen kasje uit Cederen hout gemaakt, waar in bewaard werd, het Geraamte van een jong geboore Kindje, 't welk geen Herſſene in deſſelfs hoofdje had, als het ter Wereld kwam.

Aanmerkt ten eerſten, dat dit Doodshoofdje zonder eenige holligheid bevonden werd, zo dat het niet het allerminſte gedeelte van Herſſene in zig heeft konnen onthouden.

Ten tweede, alle de Wervelbeenderen van den Hals ſijn niet alleen van achteren in tween geſpouwen, en zonder rugmerch, maar ook zelfs eenige van de bovenſte des Borſts; edog de onderſte van de Borſt, als mede die van de Lendene waren welgeſtelt en ongeſchonden: zo dat ik in de onderſte Wervel-beenderen van de Borſt een weinigje welgeſtelde Rugmerg heb gevonden; in de holte der Lendene Wervelbeenderen waaren de Zenuwen wel geſtelt.

Thesaurus anatomicus - page 247 sur 512

3°. Cætera oſſa, à naturali magnitudine & conſtitutione neutiquam recedunt.

4°. Quicumque hujus ſceleti figuram videre cupit, inſpiciat Nobiliſſimi Kerkringii *Spicilegium Anatom:* in quo reperitur iconismus, ad hoc Sceleton delineatus, hoc nomine: *Monſtrum cacodæmonis picturæ quam humanæ ſimilius.*

N°. II. Supra dictam ciſtam reperitur & alia ciſtula ex ligno Cedrino confecta, continens tres partes ſuperiores, ſeu ſcutellas Craniorum fœtuum humanorum, quas inter una, cujus Dura Mater à Cranio non ſeparata, & Arteriolis ceraceâ materiâ rubrâ artificioſe repletis, prædita.

Notand: Duræ matris ſinus longitudinalis, poſt artificialem repletionem Arteriolarum, ſimul hic quoque repletus obſervatur, id quod Williſius, ejuſque ſequaces exiſtimant immediate fieri ab Arteriis, ſed contrarium patet in hoc objecto, in quo luculenter videri poteſt, dictam repletionem ſinus longitudinalis immediate proveniſſe ex Venis, non autem ex Arteriis: Arteriis enim repletis, re-

Ten derde, alle de andere beenderen zyn van natuurlyke groote, en ook wel geconditioneert.

Ten vierde, al wie de Figuur van dit geraamte zien wil, die kan dezelve vinden in de (*Spicilegio*) of naleeſing van de Ed: Heer Kerkring, alwaar men dit geraamte na't leven afgebeeld kan zien, doch kleender als 't leven, met deſe naam, *Een Monſter, 't welk beter een nicker als menſch gelyk is.*

N°. II. Boven dit kasje is nog een ander geplaaſt mede uit Cederen hout, waar in gevonden werden drie opperdelen van Herſſen-pannen, van pas geboore Kindertjens, waar onder een is aan 't welk nog vaſt-ſit het harde Harſſen vlies, waar door de opgevulde ſlagaderen zeer curieus loopen.

Aanmerkt hier, dat de langagtige groef van 't harde Harſſenvlies ook vervult is geworden, wegens de artificieele opvulling der ſlag-Aderen, het geen de Hr. Willis, en ook ſyne navolgers, ſuſtineren, immediatelyk te geſchieden door de Slag-Aderen, maar dat het contrarie daar van waar is, blykt hier klaar in dit voorwerp, waar in men kan zien, dat deſe opvullinge van de langagtige Groef onmiddelyk voortgekomen is uit de Aderen en niet uit de Slag-Aderen: want de Slag-Aderen vervult zynde, zo wier-

replebantur quoque ilicò variis locis Venulæ propter illarum Anaſtomoſes, & ſic tandem deducta eſt ceracea materia ex Arteriis in Venulas, & ex iis in ſinum longitudinalem.

Hæc autem noſtra repletio non fit (uti exiſtimant nonnulli) vi quadam, ſed leniter, & ſic quoque hic cernitur ne vel minima ceraceæ materiæ extravaſatio: Præterea hanc meam aſſertionem confirmabit ceracea hæc materia in ſinu longitudinali hujus objecti, quæ inæqualis, & ceu interrupta cernitur, contra in Arteriolis, ubi æqualis exiſtens, Corallium rubrum repræſentat, & hæc inæqualitas, ſive interruptio ceraceæ materiæ, provenit ſolummodò à ſanguine in ſinum longitudinalem propulſo, qui ſeſe non æqualiter permiſcuit cum ceracea materia.

In ſecunda & tertia ſcutella egregie apparet, quomodo ſtriatim fiat Cranii accretio; id autem non fieri, ex membranis Pericranii aut duræ matris, exiſtimo, ſed ex ſubſtan-

wierden ook aanſtonds de Aderkens op verſcheide plaatzen vervult, wegens haare onderlinge mondelyke vereeningen, en zo is verders deze ſtoffe uit de geſeide Slag-Aderen overgaan tot de Aderen, en uit deze Aderen, in de langwerpige Groef.

Nu deſe onſe opvulling geſchiet niet met eenig gewelt, gelyk zommige voorgeven, maar ſagtjens en met verdrag, hier om is 't ook, datmen niet de allerminſte uitſpatting in dit voorwerp zien kan: daarenboven zo is 't dat deſe waſſige ſtoffe, (die men hier ziet in de langwerpige groef,) myn gevoelen zal verſterken, aangeſien dezelve zeer ongelyk en als gebroken of van een geſcheiden is, in tegendeel zietmenſe hier in de Slag-Aderen egaal, effen, en als rood coraal; en is deze ongelykheyd van waſſige ſtoffe in de geſeide groef voortgekomen wegens het bloet, 't welk tot in de groef voortgedreven zynde, zig niet egaal heeft konnen vermengen met de waſſige ſtoffe.

In het 2de en 3de voorwerp van 't opperſte deſer Herſſen-pannen, kanmen klaarlyk zien de manier en wyze, hoe het Beckeneel ontrent de naaden des Hoofds ſtraalswys komt te groeyen, en zulks komt geenſins voort uit het harde Harſſenvlies, nog ook uyt het vlies, dat het Beckeneel van buy-

Thesaurus anatomicus - page 249 sur 512

ſtantia limoſa inter utramque membranam ſita.

Præterea hic cernere licet, quanta ſit diſtantia oſſium Bregmatis, ut & oſſium Frontis, in jamjam natis, quæ diſtantia in partu admodum proficua: hanc autem diſtantiam, quæ in aliis major, in aliis minor exiſtit, in ſceletis ab auctoribus non ſatis bene per Figuras expreſſam video: propterea quod id fieri curarunt ad ſicca ſceleta fœtuum, in quibus illud poſt exſiccationem non apparet.

Quomodo etiam ſit conſtituta Fontanella in fœtu vivo, hic quoque optime videri poteſt.

N°. III. Ciſtula ex ligno indico confecta, in cujus repoſitoriis conſervantur varia inteſtinula fœtuum humanorum, vario modo præparata.

N°. IV. Supra dictam ciſtulam reperitur & alia, ex ligno Indico fabricata, inqua cernere licet portionem Thoracis pueri, balſamo induratam.

Not. 1°. parte interiore Mem-

buyten is bekledende, maar uyt een lymige ſtoffe, die tuſſen beide de geſeyde vliezen in ſit.

Daarenboven kan men hier ook zien, hoe groot een diſtantie datter is, tuſſchen de Opperhoofds en Voor-hoofds beenderen van een jong geboore kindje, welke diſtantie, in 't baaren zeer voordelig is; en is deze diſtantie, die in de eene grooter, in d'andere kleender is, van de autheuren in haare afbeeldingen, na ik zie, niet al te wel uitgedrukt, om datze die hebben laten afbeelden na drooge geraamtens van pas geboore Kinderkens, waar in ſig zulks niet vertoond.

Ook kan men hier zien, het waare geſtel van de Fontanelle of opening des Hoofds in pas gebore Kinderkens, en dat zo als 't in 't leven is.

N°. III. Een Kasje uyt Indiaanſch hout gemaakt, in wiens laatjens bewaard werden verſcheide darmkens van kleene Kinderkens, op verſcheide wyzen toebereyd.

N°. IV. Boven dit geſeyde Kasje vindmen een kisje, of vierkante doos uyt zodanig hout ook toebereid, waar in bewaard word een ſtuk van de Borſt van een Kind door het balſemen hart gemaakt.

Aanm: ten eerſte, van binnen is

Membranâ Pleurâ ex parte ſeparatâ, in conſpectum venit membrana Celluloſa, & ſub eâ Perioſtium Coſtarum, ita ut tres reperiantur membranæ in interiore Thoracis facie.

2°. In hoc objecto balſamo indurato, videri quoque poſſunt vaſa Intercoſtalia: repletis enim Arteriis intercoſtalibus, repletæ quoque ſunt, ex eadem repletione, venæ Intercoſtales.

3°. Quomodo ſint diſpoſitæ fibræ Musculorum intercoſtalium interiorum & exteriorum hic cerni poteſt, ut & unio vaſorum intercoſtalium cum vaſis Mammariis internis.

N°. V. Sequens Ciborium ex eodem ligno confectum, continet Renem humanum prodigioſæ magnitudinis & formæ, lagenam repræſentantem, quam formam præter naturalem ut retineret, illum interne replevi Subere.

N°. VI. Ciſtula ex ligno cedrino concinnata, in cujus

1°. & inferiore repoſitorio reperiuntur oſſicula Auditus, non ſolum adultorum, verum etiam jamjam natorum, & quidem maximo numero: hæc autem

is het Borſt-vlies (*Pleura*) voor een gedeelte geſcheyden van 't volgende Celluleuze-vlies, waar onder dan het Ribben vlies (*Perioſtium*) in 't gezicht komt, zoo dat'er drie vliezen in de binnenſte oppervlakte van de Borſt gevonden werden.

Ten tweede kan men in dit gebalſemde voorwerp ook zien de tuſſchen-ribbige vaten; want de ſlag-Aderen vervult zynde, zo is 't ook dat te gelyk, door die zelvige opvulling de Aderen vervult zyn geworden.

Ten derde, op wat wyze de draden van de in en uytwendige tuſſchen-ribbige ſpieren geſtelt zyn, zulks kanmen hier ook zien, als mede de vereeniging van de tuſſchen-ribbige vaten met die van de inwendige Mam-tacken.

N°. V. In het volgende kasje, uyt het zelve hout gemaakt, werd gevonden een monſtreuze en zeer groote Nier uit een Menſch, de welke een vles is verbeelende, en om deze forme te houden in ſyn natuurlyk poſtuur, zo heb ikſe met Kurk opgevult.

N°. VI. Een Kasje uyt cederen hout gemaakt in wiens

1. of onderſte laadje gevonden werden de beenderkens van 't gehoor, en dat in een zeer groote quantiteit, deze zyn gehegt op de toppe van de doorne van de doornige kaarſe uyt America met

Thesaurus anatomicus - page 251 sur 512

autem ſpinulis *Cerei ſpinoſi Americani ſpinis longiſſimis*, affixa ſunt, & inſident pedamentulis exiguis ex ligno Indico confectis.

Not: Nonnulla ita ſunt præparata, ut omnia illa, ceu in capite vivo ſint combinata, alia autem ſeorſim ſpinulis inſident, & hæc omnia ita præparata, viſui gratiam conciliant.

Inter illa oſſicula, quæ numeroſa ſunt, reperitur quoque ſpinula, cui affixa ſunt dicta oſſicula, ſed admodum confuſa, extraque ordinem ſibi invicem adhærentia, & hoc è fœtu humano.

Hæc oſſiculorum confuſio, dubio procul, ſurditatem in illo latere cauſaſſet, ſi fœtus ſuperſtes manſiſſet.

2. Repoſitorium continet pedamenta exigua, quibus inſident ope dictarum ſpinularum aliorumque adminiculorum Auditus organa, ſc: Semicirculares tres canales cum ſuo Veſtibulo, Cochlea, ejusque interſtitio oſſeo. &c.

Præterea hic conſpicienda ex

ſeer lange doorne, (*Cerei Amer: ſpinoſi ſpinis longiſſimis*) en zyn deze van onder gehegt, of vaſtgemaakt, op kleene pedeſtalletjes van Indiaans hout.

Aanm. Zommige deſer beenderkens van 't gehoor zyn zodanig vaſtgehegt aan de geſeyde doorntjes, datze haar natuurlyke plaatze verbeelden, zo als die in 't hoofd of in de buſſe (*Capſa*) geplaaſt zyn; andere in tegendeel zyn apart op doorntjes vaſtgehegt, alle het welke zo toebereid zynde, geeft een aangenaamheyt aan de beſchouder.

Onder alle deze voorwerpen, die veel in getal zyn, werd ook een doorntje gevonden, waar aan gehegt zyn de beenderkens van 't gehoor uit een pas geboore Kindje, dewelke onordentelyk aan een vaſt zyn, 't welk ongetwyfelt een doofheid aan die zyde zoude overoorzaakt hebben, indien 't in het leven had gebleven.

De 2 Laade onthoud in zich kleene pedeſtallekens waar aan vaſtgemaakt zyn met de geſeide doorntjes, en andere behoeftens, de werktuigen van 't gehoor, namentlyk de drie halfmanige Canaalen, met haar portaal (*Veſtibulum*) Slackehuyske, en deſſelfs beening tuſſen ſcheytzel. enz.

Daarenboven kan men hier ook

exhibent oſſa Temporum diverſorum fœtuum humanorum, quorum unum adhucdum oſſiculo Orbiculari, nec non duobus ex oſſiculis Auditus, Se: Incude & Malleo prædítum; Mallei autem manubrium adhuc firmiter connexum Membranæ Tympani plurimis vaſculis ſanguineis ditatæ.

Not: præterea dictam Membranam Tympani in hujus oſſis Orbicularis ambitu, nusquam eſſe læſam, neque interruptam, multo minus, in hoc objecto à natura foramine præditam; & quod nuper Capſam repleverim mercurio vivo, per ductum Euſtachianum adacto, nil autem mercurii exitum ſibi quæſivit, aut viam invenit ad auriculam.

Dari autem in ſtatu naturali aperturam inter dictam membranam & os Orbiculare in homine, nonnulli affirmant, ego autem nunquam reperi.

In eodem repoſitorio, ut & ſequentibus 3°. & 4°. varia adhuc reperiuntur auditus organa, quæ omnia hic recenſere non

ook zien eenige der Tyd-beenderen van jong geboore Kinderkens onder dewelke nog een gevonden word, waar aan nog zitten het ronde beentje (*os Orbiculare*) en ook twee gehoor beenderkens, namentlyk het Hamertje en het Aanbeeltje: Ook is 't Steeltje van't Hamertje nog vaſtzittende aan 't Trommelvliesje, 't welk met veel bloet-vaatjes verrykt is.

Men moet daarenboven aanmerken, dat het geſeide Trommelvliesje in dit voorwerp nergens gekweſt of afgeſcheide is van 't ronde beentje, veel minder van de natuur met eenige opening is voorſien of begaaft geworden: ook zo heb ik onlangs de holte daar de beenderkens van 't gehoor in zitten (*Capſa*) met quikſilver vervult door de Canaal van *Euſtachius*, maar gants geen quikſilver konde zyn uitgang vinden naar buyten in 't uitwendige oor.

Datter egter in welgeſtelde Menſchen, zo een opening gevonden werd, tuſſchen het Trommelvliesje, en 't Ronde beentje, zulks geven eenige voor, edog ik heb het tot nog toe niet konnen vinden.

De zelfde Laade, als mede de volgende 3 en 4 zyn ook voorzien met verſcheide werktuygen van 't gehoor, dewelke al te zamen hier

non conſultum videtur, propter copiam & temporis penuriam.

N°. VII. Supra dictam ciſtulam poſita eſt minor, continens Uterum mulieris in quartum circiter menſem gravidæ, in quo utero hucusque reperitur fœtus, ſimul cum utero balſamo induratus, & ab annis circiter quadraginta & quatuor conſervatus, cum tali inſcriptione:

In Eodem Formatus, Denatus et Sepultus,

Not: 1°. Uterum muliebrem globoſam rotunditatem acquirere, tempore graviditatis, conſtat: illam autem formam retinuiſſe inter præparationem & balſamationem, arduum ac difficile fuit: quotquod enim ab aliis præparatos vidi, contractos & in aliam formam redactos, offendi.

2°. Eo tempore graviditatis Tubæ, ſeu Oviductus non ſolum, verum etiam ligamenta Teretia, Longa vulgo dicta, multum recedere ab uteri fundo, hic cernere licet.

3. Ten

hier te verhaalen en aan te wyzen, vinde ik niet geraadſaam, ook ſoo en lyd zulks de tyd niet.

N°. VII. Boven dit Kasje is nog een kleender geplaaſt, in zig onthoudende de Lyf-Moeder van een vrou dewelke ontrent 4 Maanden ſwanger was geweeſt, in deze Lyf-moeder werd het Kind nog gevonden, 't welk van my te gelyk met de Lyf-moeder is gebalſemt, en ſteen hard gemaakt zynde, nu van my al over 44 jaren zyn geconſerveert geworden, met dit opſchrift

In Deselve Geformeert, Gestorven, en Begraven.

Aanm. ten eerſte dat het wel ſeker is, dat de Lyf- of Baar-moeder een ronde gedaante aanneemt, ten tyde datſe bevrugt is geworden, maar dat zy die ronte gehouden heeft in't prepareren en balſemen, is van geen kleene conſideratie, ja zeer moejelyk om te doen, immers zo veele als ik 'er voor deze van andere heb gezien, dezelve waaren in een gekrompen, en in een geheele andere gedaante verandert.

Ten tweede. In die tyd van ſwanger gaan, zo iſt, dat de Eyer-wegen niet alleen, maar ook ſelf de rond en lange banden, die gemeenelyk alleen lange banden geheten zyn, verre komen af te wyken van de Grond des Lyf-moeders, en zulke is hier klaar te zien. Ten

3°. Quam arctè Uteri Vagina cum Inteſtino Recto & Veſica ſit connexa, nulla fere re intercedente, hic videri poteſt; unde Vagina in difficili partu inflammata & gangræna infeſtata, Rectum Inteſtinum & Collum Veſicæ ſimul quoque non raro afficiuntur.

4°. In hac præparatione Veſica naturalem quoque retinuit rotunditatem ſine foveis, quantumvis ſit inflata, balſamo indurata, aperta, & per quadraginta & quatuor annos conſervata: quam difficile autem ſit, ſine foveis illam rotunditatem tamdiu conſervare, norunt illi, qui ſeſe huic operi applicant.

5°. A latere Uteri, dependet à filo ſericeo, portio Veſicæ urinariæ alterius ſubjecti, in qua luculentiſſime videri poteſt obliqua inſertio Uretherum in Veſicam, Valvulæ vicem præſtans.

6°. In quantum elongetur Uteri vagina in gravidis, hic cernere licet, & iſthæc elongatio etiam in exploratione, Indice facta, inter graviditatis

Theſ. VIII.

Ten derde, hoe nauw de Scheede des Lyf-moeders haar komt te vereenigen met de regten-Darm en Blaſe, byna zonder het tuſſchenkomen van iets anders, kan men hier zien; waar door de Scheede in een ſwaare baring ontſtoken, en met verſterving beſet zynde, den regten-Darm, als mede de hals van de Blaſe niet zelden te gelyk ook met deſelve quaale aangedaan werden.

Ten vierde, in deze toebereiding heeft ook de Blaas zyne natuurlyke rondte behouden, en dat zonder deuken of putten, hoewelze opgeblazen, door 't balzemen verhart, geopent en 44 jaaren lang zoo is bewaart-geworden, en hoe beſwaarlyk het is zonder deuken deze rondte zoo lange jaaren te bewaaren, weten zy alleen, die zig tot dat doen begeven.

Ten vyfde, aan de zyde van dit voorwerp hangt aan een zyde draad een ſtuck van een Blaas van een ander perſoon, waar in klaar te zien is de ſchuynſche inplanting der water-Peezen in de Blaas, 't welk het zelve doet, 't geen de Klapvliezen gewoon zyn te verrichten.

Ten zesde, in hoe verre de Scheede des Lyf-moeders haar komt te verlengen in de bevrugte Vrouwen, ſulks kan men hier ſien; want zoodanig een verlenging met de voorſte vinger onderzogt zynde, geeft onder anderen te-

Thesaurus anatomicus - page 255 sur 512

tis ſigna non ſine ratione habetur.

N°. VIII. In fundo hujus Theſauri reperitur quoque Os Tibiæ cujuſdam hominis, in obſervationibus Anatom. Chirurgicis à me A°. 1691. in lucem editis, deſcriptum atque depictum: cum autem eo tempore ſculptor dictum os non ſatis accurate expreſſerit, conſultum duxi denuo illud figuris illuſtrare, præſertim cum res adeo rara ſit, ut dubium movere potuerit alicui.

In hoc Oſſe notatu dignum, quod à longo tempore carie exeſo, tandem vi naturæ propullulaverit, ex inveterata iſtius cariei cavitate, fruſtum magnum, teres & cavum. Vid. Tab. 111. Fig. 2, 3, & 4. hujus Theſauri.

Not. præterea Cranium humanum duas habere tabulas, & inter illas, locum obtinere Diplöen, vel lippis ac tonſoribus notum, aſtverò Os Tibiæ in totum non eſſe deſtitutum duabus tabulis & inter eas exigua portione Diplöes, non omnibus notum; fateor quidem

kenen, ook te kennen een Vrou bevrugt te zyn.

No. VIII. Op de grond van dit Cabinet werd ook een Scheenbeen van een Menſch gevonden, 't welk in myne Anatom. en Chirurg. Aanmerkingen in 't Jaar 1691. uytgegeven, beſchreven en afgebeelt ſtaat: en nadien de Plaatſnyder 't zelve niet al te wel verbeeld heeft, zoo ben ik te rade geworden, 't zelve op nieuws weder te doen verbeelden; te meer, alzoo het zoo een raare zaak is, dat ymand daar aan zoude konnen komen te twyfelen.

Het is aanmerkenswaardig dat in dit Been, ('t welk lange tyd door de Bederving uitgegeten zynde,) ten laaſten door de kragt van de natuur, uit desſelfs holte is uitgeworpen een groot en hol ſtuk beens, rondagtig van gedaante. Ziet den 111. Plaat, de 2, 3, en 4. Fig. van dit Cabinet.

Conſidereert daarenboven dat de Herſſen-Panne van een Menſch twee op een leggende Schyven heeft, die men Tafelſs noemt, (*Tabulas*) en dat tuſſchen dezelve een ſpongieus-beenige ſubſtantie ſit, 't welk *Diplöe* geheten is, en dit alles is ſoo gemeen, dat de minſte baartſcheerder daar van niet onkundig is; edog dat het Scheen-

dem illud in omnibus oſſibus Tibiæ non poſſe demonſtrari; attamen in aliquibus locum habere, & à me demonſtrari poſſe, nemini admirationi ſit; ſi quis enim hocce cernere vult, me accedat.

Utramque tabulam Cranii humani in homine adulto non raro quoque confuſam & unitam, invenimus, nulla relictâ Diplöe.

Illud ſubjectum, ſc. Os Tibiæ, de quo jam ſermo fit, procul dubio duplicem habuit tabulam, & inter illas, Diplöen, inter quas tabulas pus tandem penetravit, Diplöen conſumpſit, & ſic interior tabula, in formâ fiſtulari, à natura extrorſum fuit propulſa.

Clariſſimus D. du Verne, Expertiſſimus Anatomiæ Profeſſor, idem obſervavit, uti mihi relatum, ita ut non rarò nobis obveniant talia, quibus, niſi vidiſſemus, calculum non apponeremus.

Quotidie fere me conveniunt,

Scheen-been niet te eenemaal daar van ontblood is, ook in eenige Menſchen twee Tafels, en een weinigske van het Diplöe daar in gevonden werd, zulks is aan een yder niet bekent, ik ſta wel toe, dat men het in alle Scheen beenderen niet en kan toonen, egter zo heeft het in zommige plaats, gelyk men zulks te myne huyſe kan zien.

Wy hebben de Herſſen-Panne in een bejaart Menſch meermalen bevonden zonder Deplöe, en de twee Tafels met den anderen vereenigt te zyn.

Dit Scheen-been, waar van wy nu handelen is buiten twyfel ook met twee Tafels, en tuſſchen deſelve met Diplöe voorzien geweeſt, zo dat den etter ten laaſte tuſſen de twee Tafels is gepenetreert, en het Diplöe geconſumeert zynde, zo is de binnenſte Tafel van de buitenſte komen te ſcheiden, en is zo verders van de natuur uitgeworpen in de gedaante van een ronde Fiſtul of Pype.

De zeer welgeoeffende Heer Profeſſor, du Verne, heeft dit voorval, zo my berigt is, ook gehad; zo dat ons niet zelden zodanige voorwerpen voorkomen, daarwe ons zegel niet zouden willen aanhangen, ten waar wy zulks quamen te zien.

Dagelyks komender te mynen

Thesaurus anatomicus - page 257 sur 512

niunt, qui poſtquam perluſtrarunt meas præparationes, fatentur, ſe nunquam illa fuiſſe credituros, niſi tam luculenter vidiſſent. Vide ut dixi Tab. III. Fig. 2, 3, & 4. Theſaur. VIII.

huyſe, die myne geprepareerde zaken ziende, volmondig zeggen, noit zoude ik het gelooft hebben, zo ik dit zo klaarlyk niet had geſien. Ziet, gelyk boven is geſegt de III Plaat, de 2, 3, en 4. Fig.

ASSER SECUNDUS.

DE II. PLANCK.

N°. IX. PHiala ſicca, & in ea Inteſtinula tenuia pueri, quibus Meſenterium, vaſis ſanguineis repletis, ditatum, cohæret.

N°. IX. EEen droog glas met het dunne gedarmte van een Kind, waar aan nog vaſt ſit het Darm-ſcheyl met de opgevulde Bloed-vatiens.

N°. X. Hominis portio Hepatis, Hydrope defuncti.

Not. Hepar totum quantum ex hydatidibus, aqueo-limoſam materiam in ſe continentibus, conſtabat: Omnia enim vaſa & majora & minora, Hepar conſtituentia, in hydatides erant mutata. Vid. Theſaur. præced. VII. ubi fuſius de hac re diſſeruimus.

N°. X. Een ſtuk van de Lever van een Waterſugtig Menſch.

Aanm. Dat de gantſche Lever uit Blaasjens was beſtaande, dewelke in haar onthielden een lymwaterige vogt: en alzo waaren alle de Bloedvaten zo groote als kleene, waar uit byna de gantſche Lever is beſtaande, in zodanige Blaaskens verandert. Ziet hier over na het voorgaande VII. Cabinet, waar in verders over deze zaken gehandelt werd.

N°. XI. Phiala ſicca, in qua videre licet portionem Thoracis infantis, balſamo induratam.

N°. XI. Een droog glas, en daar in een gedeelte van een Borſt van een Kind, 't welk door het balſemen hard gemaakt is.

Not. 1°. Portio cutis, ab illo ſubjecto dependens, ſcatet

Aanm. ten eerſte, dat het afhangende ſtukje Vels, zeer vol is van opge-

tet Arteriolis, tomenti aut goſſypii inſtar tenuibus.

2°. Membrana Pleura, ex parte ſeparata à ſequentibus membranis, ſc. Celluloſa & Perioſtio dependens, hic cernere licet.

N°. XII. Phiala ſicca & in ea duo Ureteres humani, quorum unus naturalem demonſtrat capacitatem; quæ ſtramen craſſum haud ſuperat, alter verò, propter calculorum tranſitum in tantam excrevit capacitatem, ut digitum annularem variis in locis recipere poſſit, & hoc habendum tanquam beneficium naturæ: Calculi enim tranſeuntes Ureteres (id quod non fit ſine magno dolore) illos dilatant & expandunt, & poſt expanſionem, eadem relinquitur capacitas: contrarium obſervamus in Veſica & Utero, poſt urinæ aut fœtus excluſionem, illa enim, ſarcinâ depoſitâ aut expulsâ, in priſtinum ſtatum reducuntur.

opgevulde ſlag-Aderkens, die zo fyn zyn als Dons of Catoen.

Ten tweede, dat het Borſt-vlies (*membrana pleura*) voor een gedeelte hier van 't ondergelegene Celluleuſe Vlies, ook van 't Beenevlies is geſepareert, en afhangende is.

N°. XII. Een droog glas met twee Water-Peeſen van Menſchen, waar van de eene de natuurlyke geſtalte en wyte, die een ſtroo-galm niet overtreft, komt aan te wyzen. d'Andere in tegendeel, is door de menigvuldige ſteentjes, die daar door zyn gepaſſeert, zo wyt geworden, dat men daar in, op ſommige plaatſen, een pink ſteken kan, en is ſulks te houden voor een beneficie van de natuur: want als de ſteentjes door de Pis-leiders paſſeren ('t welk niet ſonder groote pyne toegaat) zo verwyden zy deſelve, en zettenſe uit, en na der zelver uitzetting, ſo blyven zy alſo verwydert. Het contrarie blykt in de Blaas en Lyf-moeder na het uitdryven van 't Water of Kind, want als die haar ontlaſt hebben, zo krimpen zy weder in, en krygen haar voorgaande geſtalte.

N°. XIII. Cubitus & Manus infantis in liquore conſervata, vitæque ſpeciem referentia.

N°. XIII. De Elleboog en Handje van een Kind in een vles met vogt, zodanig toebereid, datze nog ſchynen te leven.

Thesaurus anatomicus - page 259 sur 512

Not. 1°. Manus portionem Piæ matris alterius infantis continet, & à digitis, naturaliter recurvatis, dependet ejuſdem portio, in qua cernere licet tenuitatem Arteriolarum, quæ tomenti aut goſſypii inſtar nobis obveniunt, ſuntque illæ extremitates nil niſi portiones corticis Cerebri ſubſtantiæ; illud autem non tam exactè in conſpectum veniret, niſi ceraceâ materiâ rubrâ eſſent repletæ dictæ extremitates.

2°. A latere indidi ramulum Rutæ, ut objectum melius in conſpectum veniret, & locum fixum contineret in uno latere phialæ.

N°. XIV. Phiala in liquore continens, fœtus balænæ Lactes, quæ mirum in modum ſunt conſtitutæ.

N°. XV. Mulieris, in ſeptimum menſem (ni fallor) gravidæ, Placenta, balſamo indurata, ſupra pedamentum poſita: In qua obſerv. Funiculum umbilicalem à latere & in confinio ſeſe viſui exponere, ſc. pollicem latum à circumferentia, id quod admodum proficuum in Placentæ relaxatione: in hoc enim caſu facillime ſeſe ab

Aanm. ten eerſte, dat het Handje een gedeelte van't dunne Herſſenvlies ſchynt gegrepen te hebben, en alzo hangt 'er een gedeelte van 't zelve van de Vingertjens, die aardig zyn gebogen, af, waar in men de byzondere fynte der Slagaderkens ſien kan, dewelke mede als dons voorkomen, en ſijn derſelver donſige uiteynden niet anders als deeltjens van de ſchorſige ſubſtantie der Herſſene, en ſoude ſulks niet klaar konnen geſien werden, ten ware het in de vogt gelegen was, en dat de Slag-aderkens opgevult waren met een rood-waſſige ſtoffe.

Ten tweede, aan de eene zyde heb ik een takje Wynruyt geſtoken, op dat het voorwerp te beter in 't geſigt ſoude komen, ſig nu aan eene zyde houdende.

N°. XIV. De Hom van een kleen Walvisje, 't welk in een vles met vogt gelegen, ſeer wonderlyk van maakſel is.

N°. XV. De Moerkoek van een Vrouw, die ontrent ſeven maanden had gedragen: dezelve is hard gebalſemt, ſtaande op een pedeſtal: Ontrent de zelve ſtaat te conſidereren, dat desſelfs Navel-ſtreng na de kant maar een duimbreed van de omtrek ſig geſet heeft, 't welk ſeer voordeelig is in 't krygen van de Koek, na dat het Kind ter wereld is gekomen, want in die gelegentheid, ſcheid ſig de Koek ligt van de Baar-

ab Utero ſeparat, fœtu in lucem edito, ſecus vero, ſi magis à circumferentia recedat & verſus centrum viſui ſeſe offerat: quo in caſu obſtetrices ſæpiſſime manum in Uteri cavitatem immittere coguntur, digitoque Indice Placentam perforare & ab Utero ſeparare. Vide ulterius hac de re obſerv. Anatom. Chirurg.

Not. 1°. Hanc Placentam balſamo induratam, naturalem rotunditatem conſervaſſe, & hoc difficile admodum eſſe nemo negabit.

2°. Omnia vaſa Placentam conſtituentia ceraceâ materiâ ſunt infarcta & repleta, unde reptatus majorum vaſorum jucundo ſpectaculo videri poteſt.

N°. XVI. Phiala ſicca in qua conſervatur Cutis humanæ portio, per quam tot repunt vaſcula ſanguinea ceraceâ materiâ rubr. repleta, ut ſumma rubedine ſit perfuſa; imo microſcopii ope viſa, tomenti aut goſſypii inſtar ſunt tenuia.

N°. XVII. Phiala in liquore conſervans Teſticuli ovini portionem magnam reſolutam.

Not.

Baar-moeder af; in tegendeel wanneer zig de ſtreng ver van den omtrek, en na 't midden van den Koek komt te zetten, dan zyn de Vroetvrouwen genootzaakt haar hand in 't ligthaam te brengen, en met haar voorſte vinger de Koek te doorbooren, en zo verders van de Lyfmoer te ſcheiden, hier over kan men nazien myne Anat. Chirurg. aantekeningen.

Aanm. ten eerſte, dat de Moerkoek door het balſemen verhard zynde, haar natuurlyke ronte heeft behouden: dat nu zulks moeyelyk is te doen, zal niemand ligt tegen ſpreeken.

Ten tweede, zynalle de groote bloet-vaten, waar uyt de Moerkoek is beſtaande, opgevult, zo dat men haare cours met plaiſier kan vervolgen.

N°. XVI. Een droog glas, waar in gevonden werd een ſtuk van 't Vel van een Menſch, waar door zo veel met rood was opgevulde bloet-vaatjens lopen, dat dit Vel byſter rood zig vertoont, en met vergroot glaazen gezien zynde, zo vind men derſelver uiteinden zo fyn als dons of catoen.

N°. XVII. Een glas met vogt in ſig onthoudende een groot ſtuk van de Teſticul van een ſchaap 't welk ik heb ontwonden.

Aanm.

Not. Hominis Teſticulos ex meris vaſculis conſtare nobis primò manifeſtavit Regnerus de Graaf, de re Anatomica optime meritus & mecum intima amicitia, dum viveret, conjunctus.

Illa vaſcula in hominum Teſticulis diſſolutis luculenter in conſpectum venire omnibus quidem notum, ſed hanc Teſticuli portionem nemo ſine admiratione Divinæ Potentiæ adſpiciet, ab vaſculorum copiam eorumque diſſolutionem.

N°. XVIII. Non minori admiratione adſpici poteſt hoc ſubjectum, in liquore conſervatum, ſc. hominis Pia mater, per quam myriades vaſorum ſanguineorum repletorum ſunt diſſeminatæ.

Quicumque viderit hoc ſubjectum, facile illi erit dijudicare milleſimam partem arteriolarum ſufficere nutritioni & calefactioni hujus Membranulæ, Telæ Araneæ ferè inſtar tenuis; itaque alium in uſum ſunt deſtinatæ illarum extremitates ultimæ, ſc. ut Corticalem Cerebri ſubſtantiam conſtituant: Hinc difficilis ſeparatio Piæ matris à corticali ſub-

Aanm. Dat de Teſticulen der mannen uit loutere vaten haar beſtaan hebben, zulks heeft ons de voortreffelyke Ontleder Regnerus de Graaf ontdekt, met wie ik veele jaaren een vrindelyke ommegang heb gehad.

Datmen deze vaten in een Menſche Teſticul zeer klaar zien kan, is een yder genoeg bekent; edog dit ſtuk van de Teſticul kan niemand, als met de allergrooſte verwondering van de Gods vermogentheyt aanſchouwen, wegens de veelheid en ſubtielheid deſer ontdaane vaatjens.

N°. XVIII. Met geen minder verwondering kan men dit ſtuk van 't dunne Herſſen-vlies beſchouwen, waar door heen duizende, ja ontelbare bloedvaatjens paſſeeren.

Al wie dit voorwerp komt te zien, die heeft ligt konnen afnemen, dat het duiſenſte deel dezer ſlag-Aderens genoeg waren, om aan dit vlies 't voedzel en warmte toe te brengen, aangeſien het byna zo dun is in dit voorwerp als het rag van een Spinne, derhalven zo zyn haar uiterſte uiteynden tot een geheel ander gebruik gedeſtineert, namentlyk om de ſchorſſige ſubſtantie van de Herſſene te maken: Hier van komt het ook dat men dit

ſubſtantia in ſtatu ſano; de hiſce plura in præcedentibus Theſaur. & Epiſtolis noſtris.

N°. XIX. Omentum humanum integrum in liquore nitidiſſime conſervatum, in quo ne minimum quidem foraminulum videri poteſt.

N°. XX. Portio Maxillæ ſuperioris fœtus vaccini, in qua videre licet per integumentum, quo obducuntur oſſa ſpongioſa inferiora narium, Vaſa Arterio-mucoſa, denſiſſime conſtipata, & recto ductu decurrentia ad Naſi extremum uſque; vide deſcriptionem ulteriorem in Theſ. VII. ubi pag. 42. videri poteſt delineatio hujus rei in verveece, in totum conveniens cum hoc ſubjecto.

Not. 1°. In hoc ſubjecto Antrum, ab Highmoro Anatomico accuratiſſimo depictum, à me eſſe apertum, ut tenuiſſima membranula Antrum ſuccingens, in conſpectum veniret, & mirum viſu, quanto numero ſint diſperſæ Arteriolæ per dictam membranulam.

dit vlies van de ſchorſſighe ſubſtantie der herſſene, zoo beſwaarlyk kan ſcheyden in een welgeſteltheyd van de zelve in een dood lighaam: hier van is verders gehandelt in de voorgaande Cabinetten, en brieven.

N°. XIX. Het Net van een menſch zeer nettjens bewaart in een vogt, in 't zelve kanmen niet het allerminſte gaatje zien.

N°. XX. Een ſtuk van de Opperkaak uit een onvoldrage kalfje waar in men kan ſien de ſlagader ſnotterige vaten, dewelke door het bekleetzel loopen, waar mede de onderſte-ſponcieuſe beenderen van de neus bedekt zyn; deſe vaten loopen zeer dick en dight by een, en dat met een reghte cours, tot het tipje van de Neus, hier over kan men na zien het VII. Cabinet en deſſelfs Figuur pag. 42. en dat in een hamels opper-kaak, t'enemaal overeenkomende met dit voorwerp.

Aanm. ten 1. Dat in dit voorwerp de ſpelonk van den curieuſe Ontleder Higmorus afgebeelt, van my hier is open gemaakt, ten eynde men het zeer dun vlieske, den geſeyde Spelonke van binnen bekledende, van ons konde gezien werde, en het is verwonderinghs waardigh te zien, hoe zeer veel ſlag-aderkens, door dit geſeyde vliesken komen te paſſeeren.

Thesaurus anatomicus - page 263 sur 512

2°. In ductu Lachrymali ſtylus eſt immiſſus, ut ejus curſus & finis conſpicerentur.

N°. XXI. Moles carnea ex utero vetulæ expulſa, quæ minus caute ab aliis pro Mola fuit habita.

Quid autem ſit de ita dicta Mola, fuſius olim deſcripſi, & depingi curavi in obſervat. Anatom. Chirurg meis. ut & præcedentibus Theſauris.

N°. XXII. Phiala in liquore continens Brachium infantis, vitæ ſpeciem præ ſe ferens, cujus manus naturali geſticulatione & digitis complexis Lacertam Zurinamenſem ab Incolis, *Sauvegarde* dictam, arripit.

N°. XXIII. Phiala ſicca, & in ea portio Inteſtini Ilei & Coli cum annexo Cæco è cane.

Not. conſideratione dignum eſſe, quanta ſit differentia inter Inteſtinum Cœcum canis & hominis, ut & inter Coli valvulas: ſc: in illo Cæcum admodum longum & capax, in hoc valde breve & capax, in Colo canis valvula nulla proprie dicta, ſed ejus loco Circulus, quemadmodum in homine an-

te

Ten tweede, in de Traan-wegh (*Ductus Lachrymalis*) heb ik een Stilet geſtooken, om alzoo deſſelfs cours en eynde te konnen zien.

N°. XXI. Een vlees-agtighe klomp, dewelke van een oude vrouw uyt haar baar-moeder is afgegaan, welke t'onregt van andere voor een *Mola* aangezien en gehouden wierd.

En wat men te houden heeft voor een zoo genaamde *Mola* kan men na zien in myne Anatom. en Chirurg. Obſervatien, ook in de voorgaande Cabinetten.

N°. XXII. Een vles met voght, waar in gezien word den arm en hand van een kind, 't welk levendigh van couleur is, 't zelve heeft in ſyn handje een Surinaamſe hagedis, van de Inwoondere *Sauvegarde* geheten, en zyn deſſelfs vingertjens van 't kinds handje zoodanigh geboogen tot het aangrypen, als of zy levendig waren.

N°. XXIII. Een droogh glas, en daar in een ſtuk van de boghtighe, en Colyk-darm, als mede de Blinden darm uyt een hond.

Hier ſtaat aan te merken, hoe groot een onderſcheyt, datter is tuſſchen de Blinde darm van een menſch en die van een hond, als mede tuſſchen de Klap-vlieſen van de Colyk-darm deſer beyde; in die der menſchen is de Blinde-darm zeer kort en ruym, in honden heel langh en wyd. In den ingangh van de Colyk darm vindmen eygentlyk in de honden, geen twee te-

gens

te repletionem fæcum aut flatuum.

N°. XXIV. Phiala in liquore continens hominis Maxillam inferiorem, cui adhuc Lingua naturali colore perfusa, annexa eſt.

Not. Ex ſuperficie Linguæ omnes Papillæ nervoſæ egregiè propullulant, & à latere Frenuli oſcula Ductuum ſalivalium in conſpectum veniunt, in uno latere indidi ſpinulam Cerei ſpinoſi Americani.

N°. XXV. Pueri Cor, balſamo induratum lapidis inſtar, cum trunco Arteriæ magnæ; è quo exeunt parte ſuperiore tres rami ſurſum ſpectantes, quorum medius Carotis ſiniſtra, dextram autem Carotidem videmus oriri ex ſub-clavia dextra, quæ Carotidem quoque promit; ex latere ſiniſtro Arteria Subclavia oritur & ex illa Arteria Vertebralis ſiniſtra, Axillaris, Muſcula, nec non Mammæ

gens den andere ſtaande Klapvlieſen, gelyk die in de menſchen haar op doen, na datdeſe darm is vervult met vuyligheyt of met wint, maar in deſſelfs plaats vinden wy een ronde circul, gelyk ook in de menſchen geſien werd als de Colyk-darm opgeblaſen, of met vuyligheden vervult.

N°. XXIV. Een vles waar in te zien is de onderſte Kaak van een menſch, waar aan de Tongh, natuurlyk van couleur, nogh vaſt ſit, en dat in de vogh.

Aanmerkt, dat alle Zenuw-tepeltjens hier zeer aardigh, uyt de oppervlakte van de Tongh haar komen te vertoonen, alsmede aan de zyde van 't toomtje des Tonghs de mondekens van de kaaks quylvaten, in een der zelve heb ik een doorntje van de Americaanſche doornigheKaarſſen (*Cerei Americani ſpinoſi*) geſtoken.

N°. XXV. Het Hart van een jong kintje met deſſelfs ſtronk van de groote ſlag-ader, door het balſemen ſteen-hard geworde zynde; uyt het bovenſte van de groote ſlag-ader komen drie kloeke tacken, dewelke na boven lopen, waar van de middelſte een der twee ſlaap-ſlag-aderen is, namentlyk de linker, de reghter in tegendeel zietmen hier uit de regter ſleutel-beenige ſlagader voort komen: uyt de ſlinker zyde doet ſigh op de Onder ſleutel-beenige, en uyt deſelve de linker wervel-beenige, Onder-oxelighe, de

Thesaurus anatomicus - page 265 sur 512

Mammaria ſiniſtra, & quod notandum hæc omnia ſitum & curſum naturalem obtinent.

Præterea Valvulæ Semi-lunares, aliis minus rectè Sigmoides dictæ, oppido quam bene hic conſpiciuntur; dixi minus rectè, cum in totum cum ſemilunaribus Valvulis conveniant, & entia non ſunt multiplicanda ſine neceſſitate; itaque Valvulæ Venis præpoſitæ in Corde dicendæ ſunt Tricuſpides, quæ autem Arteriis præponuntur Semi-lunares.

In eodem ſubjecto non ſolum quoque Valvulæ Semi-lunares, Arteriæ magnæ præpoſitæ, verum etiam utraque Auricula in conſpectum veniunt.

N°. XXVI. Phiala in liquore continens Piam matrem, cujus Arteriis eleganter repletis, luculenter variis locis annexa vaſculoſa Corticalis Cerebri ſubſtanria videri poteſt.

N°. XXVII. Phiala liquore repleta, in qua videri poteſt portio Thoracis foetus humani, in qua viſibiles ſunt variæ Arteriolæ Intercoſtales externæ, & à me ante hac detectæ, nec

Musculen ook de inwendighe Slinker Mam-ſlaghader, en dat te conſidereren ſtaat, alle deze zaaken hebben haare natuurlyke plaatze en cours.

Daarenboven kan men hier zeer bequamelyk zien de halfmaanighe Klapvlieſen, te onregt by andere *Sigmoides* geheten, ik zegge te onregt, nadien ſy in 't geheel met de halfmaanighe Klap-vlieſen over een komen, en alzoo moetmen geen byzondere naam maken buyten noodzakelykheyd; de Klapvlieſen van 't Hart, dewelke half-maaningh zyn, deze ſtaan in 't uytkomen der ſlag-aderen uit het Hart, en die voor de Aderen des Harts ſtaan zyn alle drie-punigh.

In het zelvighe voorwerp kanmen niet alleen de half-maanighe Klap-vliezen in 't uytkomen van een groote Slagh-ader zien, maar ook deſſelfs Ooren van 't Hart.

N°. XXVI. Een vles met vogt en daar in het dunne Herſlen-vlies van een menſch, wiens Slag-aderkens zeer curius vervult zynde, men op zommighe plaatzen zeer bekwaam zien kan de ſchorſige ſubſtantie van de Herſſene.

N°. XXVII. Een vles met vogt, waar in gezien werd een ſtuk vande borſt van een kleen kind, waar in ſigh vertonen de uitwendighe Tuſſchen-ribbige ſlag-aderen, dewelke van my ontdekt,

nec non delineatæ in Theſauro 1°.

Not. Arteriolæ per Coſtarum Perioſtium diſſeminatæ, recto fere tramite ſurſum deorſumque reptant; ramuli autem ex iis oriundi & per fibras Muſculorum Intercoſtalium decurrentes, obliquum curſum obſervant, & ſic tractum fibrarum Muſculorum dictorum obſervant, & hoc accuratius videri poteſt in objecto in Theſaur. 1°. poſito.

N°. XXVIII. Muris ſceleton nitidiſſime præparatum & conſervatum, capiti oſſeo cornicis inſidens: Illud autem caput oſſeum tam ſubtiliter eſt præparatum, ut ne minimum quidem oſſiculum, neque foraminulum viſum effugiat.

N°. XXIX. Phiala in liquore continens portionem Inteſtini jejuni hominis, qua inverſa in conſpectum veniunt ita dictæ Glandulæ, extra ſuperficiem internam prominentes.

dekt, en afgemaalt zyn in het eerſte Cabinet.

Aanmerkt dat de ſlag-aderkens, dewelke door het beene-vlies der Ribbens loopen, haar cours by na reght op en nederwaarts houden, de takxkens daarentegen, dewelke uyt haar voortkomen, en den loop der fibren van de Tuſſchen-ribbighe ſpieren volgen, dezelve hebben een ſchuynſe loop, en dat alles is nogh klaarder te zien in het eerſte Cabinet.

N°. XXVIII. Het geraamte van een muys, 't welk zeer net geprepareert en bewaart is; 't zelve zit op 't doods-hoofdje van een kray; 't welk ſo ſubtiel geprepareert is, datter niet het minſte beentje, nogh eenighe natuurlyk gaatje in 't hoofdje is, het geen voor het gezigt verborgen is.

N°. XXIX. Een vles met vogh t, en daar in een ſtuk van de Nugteren darm uyt een menſch, 't welk het binnenſte buyten waarts gekeert zynde, alle de alzoo genaamde Kliertjens, uytpuylender wyze haar laten zien.

N°. XXX. Phiala ſicca, & in ea, Veſica ovina cum Pene, in quo meatus urinarius in totum deficit, circa Collum Veſicæ autem foramen, per quod urinam excrevit, in conſpectum venit.

In homine ſæpius obſervavi, Glandis partem extimam fuiſſe meatu urinario deſtitutam, foramine exiſtente inter Præputii & Glandis partem inferiorem.

Homines hoc affectu laborantes raro imprægnant uxores, ut

Thesaurus anatomicus - page 267 sur 512

pote ſemine non recto tramite in os Uteri proſiliente, de hac fuſius egi in Theſaur. VI.

N°. XXXI. Portio Jejuni inteſtini humani, in qua circulares protuberantiæ, Valvulæ conniventes Nobiliſſimo Kerckringio dictæ, conſpiciuntur.

In hunc autem finem, non conſervavi hoc ſubjectum, verum ut demonſtrarem quid ſit de ceraceæ materiæ extravaſatione globulorum inſtar; ſc: quando repletiones imperfectè peraguntur, & hoc in præparationibus meis alias nunquam ſeſe viſui offert.

N°. XXXII. Phiala continens duos Lienes ovinos ex uno corpore, quibus, ut à ſe invicem ſepararem, & accuratius videri poſſent, ramum Cichorei ſpinoſi interpoſui.

Multoties nobis occurrunt Lienes, in duas partes diviſi, quos nonnulli pro duobus Lienibus habent; eſt vero pro uno Liene ſunt habendi, quoniam unico tantum ramo ſplenico Arterioſo & Venoſo gaudent.

In his autem contra, quiſque enim

N°. XXXI. Een ſtuk van den Nughteren darm uyt een menſch, waar in de circulaare verheventheden, dewelke den Ed: Heer Kerkring Oog-luykende Klapvlieſen geheten heeft, gezien worden.

Edogh tot dien eynde word dit ſtuk darms niet bewaart, maar alleen om te toonen wat dat daar zy van de uytſpattingh der waſſighe ſtoffe, dewelke haar in 't uyt ſpatten opdoen als kleene bollekens, wanneer men het vervullen der vaten niet behoorlyk doet, en zulkx ziet men ſelden in myne preparatien.

N°. XXXII. Een vles met vogh t, waar in gezien werden twee ſchapen Milten uyt een lighaam, en op dat ik deſelve wat van den andere zoude ſcheiden, om beter te werden gezien, zoo heb ik tuſſchen haar beyde een tackje van de doornighe cichorey gelegt.

Ons komen dikwils, Milten voor, dewelke als in tween geſpleten of geſpouwen zyn, en voor twee Milten van zommige werden gehouden, maar de ſoodanige moet men voor eene Milt houden, naardien de zelve maar een Milt-ader en Slag-ader hebben.

In deze in tegendeel, heeft yder

enim gaudet propriis ſuis ramis; præterea longe quoque à ſe invicem in corpore erant poſiti.

N°. XXXIII. Phiala in liquore conſervans Lienem foetus humani, cum annexo Stomacho & duodeno.

Not. 1°. In Stomacho videri poteſt quomodo vaſa ſanguinea Coronaria, quam primum appropinquaverunt Stomachi fundum, ilico ſeſe abſcondunt, penitiores & interiores tunicas, præſertim nervoſam, adeuntes.

2°. Non minus in conſpectum venit in hoc ſubjecto Lienis & Stomachi connexio, ope membranæ, vaſis ſanguineis ditatæ, quæ Vaſa brevia dicuntur.

3°. In duodeno, à me aperto, luculenter videndam ſeſe exhibet apertura, Oſtium dicta, per quam Bilis, ut & ſuccus Pancreaticus in Inteſtini dicti cavum ſeſe exonerant: hanc aperturam ſitam eſſe in medio monticuli, inſtar Umbilici hic quoque apparet.

N°. XXXIV. Phiala continens

der ſyn eyge Ader en Slag ader; daar en boven laghen zy verre van een in 't lighaam.

N°. XXXIII. Een vles met voght, waar in te zien zyn de Milt, Maagh en 12 vingerighen darm van een jongh geboore kindje.

Aanm: ten eerſte, dat men in de Croon-bloed-vaten, zoo dra zy aan de grond van de Maagh gekomen zyn aanſtonts haar komen te verbergen, lopende alzoo na de binnenſte vlieſen van de Maagh, en inzonderheit na 't Zenuw-agtigh vlies.

Ten tweede, met een alzoo groote helderheyd kan men hier zien de t'zamenhegtingh des Maaghs met die van de Milt, en dat door een bloed-ryk vlieske, wiens bloed-vatjens korte vaten (*Vaſa brevia*) zyn geheten.

Ten derde, in de 12 vingerighe Darm van my opengemaakt zynde, kan men beſcheydentlyk en perfect zien de openingh of deurgangh, waar door de Gal en Maaghe kuſſens-ſap haar uytſtorten in de holte van de geſeyde Darm; en dat ook deſe openingh geſtelt is, als in 't midden van een verheventheyd of berghsken, als waare het een naveltje, zulkx is hier ook niet duyſter te zien.

N°. XXXIV. Een vles met voght

nens in liquore portionem Placentæ Uterinæ, ceraceâ materiâ ad extremum uſque repletam; in illa non minus ac in præcedentibus luſtrari poteſt, nil Glanduloſi in Placentis reperiri, & cum in tam notabili viſcere nullæ reperiantur Glandulæ, neque in Teſticulis, facile calculum appoſuêre aſſertioni meæ ſpectatores curioſi, quibus cætera viſcera à me præparata oculis corporeis, non autem mentis videre placuerit, & cæcutire noluerint; nihil interim obſtat, quod nonnulli dixerunt, quæſtionem tantum eſſe de nomine, illis autem reponendum, ſi alicui placeat Venam denominare Arteriam, & vice verſa, per me licebit: præſtat verò Glandularum definitionem retinere, quæ nobis ab antiſtitibus tradita eſt, ſc: quod ſunt corpora per ſe ſubſiſtentia, quæ involvuntur peculiari membrana, ad quam alluunt vaſa ſanguinea.

Non minus recedit à vero, ut voluere alii, ſc: Glandulas eſſe circumvolutiones vaſorum ſanguineorum, illud quidem verum eſt in Renibus, & forſan quoque in Glandulis Meſenteriis ſc: vaſa ſanguinea

voght in zigh onthoudende een ſtuk van de Moerkoek van een vrouw, tot het uyterſte toe vervult met een waſſighe ſtoffe: in de zelve kan men zo wel als in de voorgaande beſchouwen, datter niets klierighs in de Moer-koeken gevonden werd, en zulkx niet zynde in zoo een groot en aanzienelyk deel, nogh ook in de Teſticulen der mannen, zoo hebben meeſt alle, die myn werk met haar lighaamelyke oogen, en niet met de ooghen des verſtands geſien hebben, (*oculis mentis*) toegeſtaan, dat myn ſtellingh, rakende de genaamde Kliertjens der ingewanden infallibel is: ondertuſſchen zo verhindert my geenzints het zeggen van zommighe, dat zulkx maar alleen een queſtie is wegens de benaminghe, deze antwoorde ik, zoo ymand een Ader wil noemen een Slag-ader, en een Slag-ader een Ader, ik magh zulkx wel lyden, edogh men behoorde zigh te houden aan de bepalingh die van outs gemaakt is, namentlyk dat het lighaamen zyn, die op haar zelve beſtaan, en yder in een particulier vlies beſloten is, tot welk lighaam de bloed-vaten loopen.

